et credere deo et credere in deum. Quia fm̄
Aug. credere deo/est verbis ei⁹ siue sc̄ptu-
re sacre fidem adhibere. Credere deum est
credere deū esse. scz quia est. Credere in de-
um est credēdo deū fide et affectōne. siue fi-
de opante p̄ dilectōnem/ tendere in ipm̄.
¶ Igitur expone sic. Credo in deum scilicet
singulariter. qz in vnū deum. Unde deu-
ter. vi. Audi israel domin⁹ deus tu⁹ deus
vn⁹ est. ¶ Patre. qd̄ hic p̄sonalit̄ tenetur
qz subiungit filiū eius. In oratiōe vero do-
minica tenet̄ ly pater essentialiter ubi agi-
tur de paternitate/ vel adoptōis qua pat-
nitate ipsa trinitas est pater bonorū/ vel
creatōis/ qua paternitate tota trinitas
pater est tam bonorū q̄ malorū. fm̄ illud
deutero. xxxij. Nūquid nō ipse est pater tu-
us q̄ possedit te et fecit et creauit te. Om-
nipotentē appropriate. q̄uis enī fili⁹ sit
omnipotēs et spiritus sanctus. omnipotens
tamen q̄ndo ponit appropriate/ attribuit
patri. sicut sapiētia filio. et bonitas sp̄i-
tuisancto. ¶ Creatorē celi et terre. Ad lite-
rā summe nature/ quā designat noīe celi/
et infime. quā designat noīe terre/ et sicut
inde collige creatorē medioz. Positis
enim extremis colliguntur media. Vel per
celum et terram intelligat tam sp̄ialis q̄
corpalis creatura p̄fecte formata/ vt celū
sit inuisibilis et sp̄ialis creatura/ terra au-
tem omne corporeū et visibile. Unde aliō
symbolū exponens dicit factorē celi et ter-
re/ visibilitū omnium et inuisibilitū. Et nota
qz creare siue creatorē esse/ poti⁹ sonat po-

tentiā q̄ sapiētiā vel bonitatem. qz ope-
ratio egredit̄ a potentia et maxime virtu-
osa. Unde Jobā. p̄mo Omnia p̄ ipsum fa-
cta sunt. Et in psal. Omnia in sapiētia fe-
cisti. Ideo appropriate attribuit creare pa-
tri sicut et potentia/ cū tamen pater omnia
creet p̄ filiū coopante sp̄i sancto/ qz indi-
uisa sunt opera trinitatis/ et tote tres p̄so-
ne/ vnus sunt creator. ¶ Et aduertēdum
hic qz per hoc qz dicit deū singulariter/ de-
struit errores quorundam gentiliū qui fin-
gunt plures esse deos qd̄ manifestissim⁹
est error/ qz illo posito/ clare patet qz nul-
lus eorū sit de⁹. Si enī plures sunt/ diffe-
runt inter se per aliquid quod habet vn⁹
qd̄ non habet alius. Sic null⁹ eorum erit
summū bonū/ qz sic null⁹ eorū habet oīa
bona/ et sic null⁹ eorū erit deus/ qz de⁹ est
summū bonū qd̄ cōtinet omnia bona. ad
rhoma. xi. ¶ Itē per h̄ qz dicit patrem/ de-
struit obstinatōem iudeoz. qui nō atten-
dūt distinctōez p̄sonalē patris et filij. ¶ Itē
per h̄ qz dicit creatorē celi et terre/ destruit
errorē phozū dicētū mundū fuisse ab et-
no et deo coeternū. sicut dicit august. ari-
stotelē posuisse et platonē. Itē p̄ illō idē
destruit errorē manicheozū qui dicūt oīa
corpalia/ creata a deo tenebrarū. ¶ Sed
ex istis oritur dubitatō. Si enim credere
in deū est tendere in eum fide opante per
dilectōnem vt dicitur supra/ cum in pctō
mortali existentes nō habeant istam fidē
sic in deū tendēt. videtur qz nō credāt
in deum/ et ita mentiūtur et peccant quan-
do dicūt symbolū. quod graue est dicere.
Ad qd̄ dicit fm̄ q̄sdaz. qz ipse peccator di-
cit credo. et. nō in p̄sona sua sed in p̄sona
ecclesie. Sicut et illō. lauabo p̄ singlas no-
ces lectū meū et. qd̄ nisi in p̄sona ecclesie
que in aliquibz mēbris per singlas no-
ces lachrymat dicere/ esset mendaciū in
ore maloz. immo etiā et multoz iustoz.
Et similr̄ cum mulier dicit psal. letat⁹ suz
in his que dicta sunt mihi et. incongrua
eēt locutō/ nisi in p̄sona iusti generaliter
loqueret̄ siue ecclesie. Sicut hic in p̄sona ec-
clesie dicit. Credo in deum et. et sic nō peccat
nec menti⁹. Alij dicunt qz exis in pctō mor-
tali/ nō dicit qz credat in deū cū dicit cre-
do et. sed p̄fiteat̄ articulos fidei. Et ē sensus
Credo in deū. i. p̄fiteor credēdo esse deū.
Et ita large sumit̄ hic credere August. ve-
ro supra sumit̄ magis stricte.

Expositio secundi

articuli fidei.

Secundus articulus principalis et primus eorum qui attribuuntur filio est iste. Et in **I**hm xpm fi. ei. zc. Et supple credo in **I**esum xpm. zc. Que duo nomina frequenter in nouo testamento coniungunt. Quia vnū eorū scz **I**esus exprimit eius deitatem. interpretatur enī saluator. et in q̄ntum deus specialiter saluator est. Et reliquū nomen scilz **C**hristus exprimit humanitatem. quia interpretatur vnctus. et in q̄ntum homo vnctus est precosoribus suis. **F**iliū eius vnicus id est naturalē nō adoptiuū. Unde aliud symbolum determinando dicit. Et ex patre natū. zc. Vel vniciū dicit. quia non est vnus filius in q̄ntum deus. z alius filius in q̄ntum homo. Sed idem xps in duabus naturis. scz deitate z humanitate. z tribus substantiis. scz deitate anima z carne vnicus est filius. Unde **A**ugustinus in ecclesiasticis dogmatibus. Non duos filios fatemur si cut sepando naturas nestorius tradit. scz deum z hominē vnū filium credim⁹. manentē in duabus substantiis. non tamen cōfusus naturis. quōuis enim duas habeat natiuitates. vnā qua nascit de matre. z vnā qua nascit ex deo patre/ tamen est vnicus filius nō duo filij. Quando ego/ in conceptōne p viam generatōnis pcessi a patre/ z sic quadā natiuitate nat⁹ sum in vtero. Secundo natus sum de matre ex vtero. nec tamen ppter istas duas natiuitates/ dicēdus sum duo filij sed vnicus. **S**equitur dñm nostrū. Unde ipse dicit math. vlti. Data est mihi omnis potestas in celo z in terra. zc. **P**er hoc etiā q̄ dicit **I**esum xpm quod interpretatur saluator et vnctus/ deridet hebetudo iudeorū qui suū messiam id est saluatorē adhuc futurum expectant. **P**er hoc etiā q̄ dicit filium vniciū/ destruit heresim sabelliano/ rum dicentiū eandē psonam esse patrem z filiū. quod apertissimū apparet mendacium qz fm decursum naturalē/ oportet q̄ inter patre z filium psonalis sit distinctō licet conformitas sit nature z similitudo. Quales etenim sum⁹ nos. tales q̄ a nobis generantur. Unde de ipsa diuina filiatiōe dicit ad romā. viij. Accepistis spm adoptionis filiorū. zc. Et post pauca. Si at

filij/ z heredes. heredes quidē dei/ coheredes autē christi. Et ad eph. i. **P**redestinauit nos in adoptionem filiorū per **I**esum christum. Nullus enim seipm gignit. Unde cum idē sit pater quod filius in substantia. oportet q̄ alteritas sit psonarū. **P**er hoc etiā q̄ dicit dominū nostrū/ destruit heresis arrianorū qui ponūt inequalitatem psonarū. Unde **J**ohā. x. Ego z pater vnū sumus. Et ad hebre. i. qui cū sit splendor glorie z figura substantie eius. Et fm **A**thanasium. **E**qualis patri fm diuinitatē zc. **S**icut enim pater dñs est omnīū z omīpotens/ ita est z filius. Quod expressius determinat in alio simbolo vbi dicit. omni potens pater. omnipotēs filius. quod tamen intelligat fm diuinitatem. Quāuis enim humanitati christi collata sit omniscientia. nō tamen omīpotentia.

Expositio tertii

articuli fidei.

Tertius articulus principalis et secundus eorum qui pertinent ad filium. qui determinat vtrāqz eius natiuitatē. scz in vtero et ex vtero. Et est iste. Qui concept⁹ est de spiritu sancto natus ex **M**aria virgine. **D**ic ergo. qui scilz xps/ concept⁹ est de spū sancto id est opatione spiritus sancti. vno etenim eodēqz momento/ segregata fuit illa caro assumpta/ a reliqua carne virginis/ opatiōe spiritus sancti. et animata anima rationali. et deitas eis vnita. Unde nō est putandū q̄ sit concept⁹ de spū sancto sicut proles de semine paterno concipit. qz sic transisset spū sanct⁹ omīno. mutat⁹ qz fuisset in carnem. sic paternū semen transit in carnē. p lis/ amittens propriā speciē/ qd est etiam solo cogitatu abhorrendissimū. Unde **L**yde/ nō denotat circūstantiā cause/ materialis/ sed poti⁹ cause efficientis. Quāuis enim incarnatio filij dei/ sit op⁹ toti⁹ trinitatis/ qz qd operat vna persona/ operant omnes (eo q̄ indiuisa sunt opera trinitatis) ipsa tamen gratia/ mediante q̄ natura hūana vnit⁹ diuine/ est donū appropriatū spū sancto/ qz hec gratia appropriate pcedit a caritate seu a benignitate dei/ q̄ spū sancto appropat. **N**ō ei de⁹ i q̄ntū potēs vel i q̄ntū sapiēs/ sz in q̄ntū bon⁹ z benign⁹ nostram redemptōem opatus est/ per incarnationem filij dei. **D**icitur igitur. qui

Compendiū Theologie

conceptus est de spiritu sancto. non naturaliter. sed opatione spiritus sancti et quasi secundum appropriationem cause efficiētis. In quo verbo tangit natiuitas eius in utero scilicet qua natus est de patre veniens. nec tamen recedens. De qua **Dat. primo** Quod in ea natus est / de spiritu sancto est **Glosa Natum. i. conceptum.** Dicitur postea natus ex **Maria** virgine scilicet natiuitate ex utero. de qua **Luce. ij.** Et peperit filium suum primogenitum etc. **Per hoc autem** patet / qui conceptus est de spiritu sancto. i. opatione spiritus sancti et non opatione virili / destruitur heresis hebeonitarum. qui asserunt christum ex **Maria** et **Ioseph** nuptiali coitu esse conceptum. **Per hoc etiam** quod subdit. natus ex **Maria** virgine ut scilicet de vera matre de qua materia corporis assumpsit / destruit error valentini et aliorum dicentium de virgine christum nihil corporis assumpsisse. sed per eam quasi per fistulam transisse.

Expositio quarti

Quartus articulus principalis / et tertius eorum qui pertinent ad filium. et quidem describit passionem eius sacramentum secundum omnia que circumstant mortem eius. ut est flagellatio. crucifixio. sepultura. et huiusmodi. est iste **Passus** sub pontio pilato. crucifixus. mortuus et sepultus. **Qui** supplet christus / passus est sub pilato. i. sub potestate pilati. **Pilato** dicto pontio scilicet genere. quasi dicat non romano. quod forte dicit ad differentiam alicuius alterius pilati. **Crucifixus** in quo distinguit passionem suam a passione aliorum qui suspenduntur in patibulo. **Quia** secundum yfido. patibulum prope dicitur ubi homo suffocatur et statim moritur. **Crux** vero ubi diu tortus / tandem languenti morte moritur. ubi mors grauior et productior est. **Tamen** multotiens unum pro alio ponitur. **Sequitur** mortuus vera morte. per dissolutionem scilicet anime a corpore. diuinitas tamen semper coniuncta mansit utrobique. **Unde** augustinus. super **Iohannem** Verbum diuinum ex quo hominem id est carnem et animam suscepit / nunquam deposuit. **Mors** ergo / ad tempus carnem et animam sepauit. neutrum tamen a verbo. **Et** sepultus. non tamen ut alij corruptus et incineratus.

Unde in psal. **Non** dabis sanctum tuum videre corruptionem. **Per** hoc autem quod dicit passus crucifixus mortuus / ostendit veram carnem utpote sensibilem et passibilem habuisse. **In** qua eliditur error apollinaristarum. qui dicunt eum sensu et carne sensibili caruisse. cum tamen verissimam carnem habuerit. et optime complexionatam. et ideo maxime passibilem. **Nec** absorpta fuit illa passio per unionem deitatis. quia in illa unionem (ut dicit damascenus) suata sunt utriusque nature proprietates. **Nam** quod passibile / mansit passibile sicut humanitas. et quod impassibile / mansit impassibile sicut diuinitas. **Quinimo** incopabilem penam grauiorem sustinuit. quam posset purus homo sustinere. eo quod prebebat ei illa unionem robur et vires ad sustinendam tam amarum passionem / in qua purus homo qui eiusdem tenentudinis esset (ut dicunt) in initio passionis defecisset. **Destruit** in hoc etiam error illorum qui dicunt carnem illam in naturam deitatis transisse. et ideo impassibile fuisse. **Duos** confutat hieronimus in epistola ad damasum papam.

Expositio quinti

Quintus articulus principalis in numero. et quartus eorum qui spectant ad filium pertinet ad redemptionem eorum sacramentum qui erant in limbo inferni conclusi secundum quod prophetauerat zacharias. ix. capit. **Tu** quoque in sanguine testamenti tui / emisisti vincos tuos de lacu in quo non est aqua. **Et** iste. **Descendit** ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. **Descendit** tamen. scilicet in anima deitate unita. quia corpus in sepulcro quieuit. et deitas ubique erat. **Unde** sine ea descendere non potuit ad inferna. i. ad limbum. parte. scilicet inferni superioris. quod detinebant saluandi. quibus debitum hominis propter mortem christi solueret. quod ait dicit psal. eruisi animam meam ex inferno inferiori. non est infernus. **Dicit** ei ibi limbo inferni inferioris respectu aeris caliginosi in quo ut in suo inferno affliguntur modo maligni spiritus. **Unde** respectu illius aeris qui ad situm. limbo hoc est superior pars inferni dicit inferni inferioris. **Tertia** die resurrexit a mortuis. ut per synodochen per sonat per toto. ut videlicet per illius diei pasceus qui mortuus est / pro vna die computet. et nocte sequens dominice. cuius mane resurrexit / per die tertio

Per hec autem verba destruitur error eorum qui negant resurrectionem nostram. Negare enim nostram resurrectionem est quodammodo negare resurrectionem christi. Sic enim arguit apostolus peria ad Corinthios. **Et** si christus resurrexit et nos resurgemus. Cum autem ad destructionem consequentis sequatur destructio antecedentis si nos non resurgemus neque christus resurrexit. **Et** nota quod secundum istam distinctionem articuloz hęc duo coniunguntur scilicet descensus ad inferos et resurrectio a mortuis. quia iste articulus dicit totum quod christus nobis per suam mortem meruit. hoc autem est redemptio in anima. quod completa est per fracturam inferni in descensu ad inferos. et redemptio in corpore que completa est in resurrectione per gloriam corporis.

Expositio sexti articuli fidei.

Sextus articulus principalis in numero. et quintus eorum qui spectant ad filium pertinet ad apertionem loci latitudinis. ubi per nobis precursor facit christus ascendit per pandens iter ante nos. et est iste. Ascendit ad celos se det ad dexteram dei patris omnipotentis. Ascendit igitur ad celos secundum humanitatem vel in quantum homo qui ubique est secundum deitatem. Ascendit inquam non statim post resurrectionem. sed post quadraginta dies. quibus apparuit per multas vices discipulis suis. ut fidem eorum roboraret apparitionibus. et probaret gloriosam resurrectionem sui corporis. quod oculis suis paulo ante discipuli viderant exprinctum. **Sequitur** sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. id est in eterna beatitudine. ad quam dexteram positus est electos suos. ut dicitur matheo. **Et** statuet oues quodammodo a dextris etc. Vel ad dexteram dei patris. id est in iudiciaria potestate. quod dicitur iohanne. **Præ** omne iudicium dedit filio. **Et** utrumque notat cum dicitur sedet. quod sedere est descendit et iudicantium. quasi dicitur. pacifice gloriatur. et omnia quiete et pacifice cum patre iudicat et disponit. et iste articulus destruit illam heresim quod negat equalitatem patris et filii. **Et** sicut illa quod dubitat de ascensione eius in celum. et per consequens negat nostram quod causat ex sua. sic erectio membrorum sequitur ad erectionem capitis. **Ante** augustinus. **Vis** ascendere ad celum. ascendente tene. etenim

per teipsum levare non poterit. Si ergo vis ascendere. membrum illius esto quod solus ascendit Job. **iiij.** Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo.

Expositio septimi articuli fidei.

Septimus articulus principalis in numero. sextus vero ultimus eorum quod secundum istam assignationem pertinent ad filium. est de reditu ad iudicium. quoniam ut dicit iohanne. **Præ** omne iudicium dedit filio. ut scilicet ille qui vivus iudicat est et exinde mortuus. iudicet vivos et mortuos. et est ille. **Inde** venturum est iudicare vivos et mortuos. **Inde** scilicet id est postmodum. **Vel** inde. id est de celis quos ascendit. venturus est scilicet in die iudicii. iudicare vivos et mortuos. **Ad** istam. quia tunc et vivi et mortui replebuntur iudicandi. ut inquit apostolus peria ad thessalios. **Et** mortui qui in christo sunt resurgent primi. deinde nos qui vivimus qui relinquitur sicut raptemur cum illis in nubibus obviam christo in aera etc. **Illi** tamen vivi qui reperiunt morientur. sed statim in momento resurgent. iudicium cum resuscitatis recepturi ubi non putet per tractum et moram temporis singulorum examinationem fieri. sed uno eodemque momento et merita singulorum discurret et discussa iudicabit. **Ante** augustinus. **Non** est in illo iudicio singulorum hominum vicissim operanda discussio. sed momentaneo discussu simul omnia sic et fecit sic et iudicabit. **Vel** aliter. **Venturum** est iudicare vivos. scilicet vitæ gratie. et mortuos scilicet morte culpe. **Ubi** nota. quod aliud simbulus addit ista verba cum gloria. quia licet christus in forma servi in qua iudicatus est sit ipse se iudicaturus. tamen in forma gloriosa apparebit et in carne glorificata. **Vel** eius gloria id est cum societate gloriosa electorum simul iudicantium. quia ut dicitur ysaie. **Domine** ad iudicium veniet cum senioribus populi sui et principibus eius. **Ex** quo patet quod quidam ibi iudicabunt et non iudicabunt. ut perfecti qui omnia propter christum reliquerunt et secuti sunt eum qui christi in iudicando assessores erunt. alij non iudicabunt. sed iudicabuntur scilicet fideles qui secundum opera sua recipiant iuxta discussionem de qua habet mattheo. **Esuri** et edistis mihi mandu-

Compendiū theologie

care rē. cum alijs ibidem taz respectu ele
ctorum q̄ respectu reproborum expositis
Iudicabuntur enī quidam eorū ad glo
riam / et quidā eorum ad p̄nam. aliq̄ nec
iudicabunt nec iudicabuntur. scilicet infi
deles. quia iam iudicati sunt. Unde io
hannis. iij. Qui non credit / iam iudica
tus est.

Expositio octavi articuli fidei.

Quinq̄ autē articuli sequentes
pertinet ad spiritum sanctum /
tam in se q̄ in donis suis. In
sedico. quia in octavo articulo
in ordine omnium duodecim articuloꝝ
primo vero in ordine istorum quinq̄
exprimitur personalitas sua. et est iste.
Credo in spiritum sanctum. Et circumlo
cutivē loquitur. Quando enī hec vox spi
ritus sanctus / capitur dictio aliter / tunc
solam tertiam personam in trinitate re
signat. Quando autē vi orationis tene
tur / essentialiter sumit. et cōuenit toti
trinitati scz x̄o. Et nota q̄ i alio sim
bolo / ad maiore expressionem istius ar
ticuli / adduntur plura. scilicet in sp̄m
sanctū dominū et vivificantē. qui ex pa
tre filioq̄ p̄cedit. qui cū patre et filio si
adoratur et cōglorificat. qui locus est
per p̄phetas. Et hoc propter quasdam he
reticos que postea pullulauerūt. Impiissi
mi enim nestorius et euthicius dixerunt
spiritum sanctū esse seruum patris et filij et
eis obedire / sicut virtus quedam aliena
ab essentia eoz. nec dare vitā gratie / nec
inspirationē. et ideo additus est dominū
et vivificantē. Et ad equalitatē signifi
candam appositū est / qui ex patre filio
q̄ procedit. qui cū patre et filio si ad
ratur et cōglorificat. Montanus autē et
quidā hereticus. et porphirius quidam
alius post eū discipulis suis dixerunt. p̄
phetas nō diuino spiritu. sed tanq̄ pro
phanaticos locutos fuisse. sicut loquū
tur energumini et arrepticū. Et vt eorū
error excluderetur addiderūt / qui locu
tus est per p̄phetas. quia cum spiritu sc̄o
inspirante locuti sunt sancti dei homines.

Expositio noni ar ticuli fidei.

Donus articulus in ordine prin
cipali / et secundus eorum qui
spectat ad spiritum sanctū. s̄m
salicē q̄ signat et vnit genera
liter ecclesiam est iste. Sanctā ecclesiā
catholicā. Et nota q̄ illud q̄ sequit̄
scz sanctorū cōmunionē adiungunt aliq̄
isti articulo. aliq̄ vero adiungit articulo
sequenti. Sc̄m primū modū exponit̄
sic. Credo / supple sanctā ecclesiam catho
licam / siue militātem siue triumphantē
esse cōmunionem. id est cōgregationem
vel societate sanctorū. Vel sic. Credo san
ctam ecclesiam catholicā adhuc in ter
tis militātem. et credo sanctorū commu
nionem. id est sanctorū societatem in ce
lo scilicet esse. hoc est eccliam triumphantē
quasi diceret. vtrancq̄ ecclesiam credo.
Vel credo sanctā ecclesiam catholicā
hoc est siue militātem siue triumphantem
et credo sanctorū cōmunionē. id est suffra
gia ipsius ecclesie que communicamus.
Vel cōmunionē. i. eucharistiā esse. scilz
in altari. q̄ negat albigenes. Sc̄m
vero eos q̄ tantūmō ponit istud p̄ arti
culo sanctā eccliam catholicā / exponitur
sic. i. eccliam vniuersalē. Catholicon enī
grece / latine signat vniuersalē. et dicit̄
ecclesia vniuersalē s̄m locū / duabus re
causis. Prima. s. q̄ est vniuersalē p̄ dica
ta per q̄ttuor p̄tes terre. An in psal. In
omnem terram eruit sonus eorum. Se
cunda causa quia articulos habet vniuer
saliter veros. quibz scilicet nullū falsum
potest subesse.

Expositio decimi articuli fidei.

Decimus articulus in ordine pri
cipali et tertius eorum qui spe
ctant ad sp̄m sanctū. s̄m scilicet
effectū gr̄e contra pctm̄ est iste
Remissionē pctōꝝ scilicet credo. Et in
telligat generalr̄ de remissionē pctōꝝ.
siue que fit in baptismo. siue q̄ fit extra
baptismū. sic in penitētia. Tamē aliud
symbolū nō videt loq̄ nisi de remissionē
pctōꝝ q̄ fit in baptismo. Dicit enim
confiteor vni baptismū in remissionem
peccatorū. sed hoc quod ibi specialr̄ dicit̄
de baptismo fuit contra hereticos cer
tos impugnātes sacramentū baptismi

Est ergo sensus Credo remissionem peccatorum fieri. supple per xpi. siue in baptismo triplici. scz fluminis / fluminis et sanguinis / siue post baptismum in penitentia.

Scom alios autē (qui vt supra tactū est) istud adiungūt cū articulo pcedenti vt scilicet sit vnus articulus. ecclesiam sanctā catholicam / sanctorū cōmunionē / remissionē peccatorū. sicut inferius latius dicitur. sic errone. Credo ecclesiam catholicam. id est vniuersalē ecclesiā / habētem modo vel habiturā in futuro / cōmunionem sanctorū. id est omnē vniōnem vel societatem sanctorū. quando scilz regnum militans / veniet ad regnum trīū pbans. Et credo supple hanc psecutam vel consecuturā remissionē peccatorum scilicet per ecclesiastica sacramenta et bona opera. q̄ dicat. Credo peccata dimitti his qui sunt de ecclesia fidelium et non alijs. Quāuis enim deus p se dimittat peccata / nō tamen dimittit nisi p p̄sentiam sacramentorū / nisi necessitas excluderet beneficiū sacramenti. Prior tamē mod⁹ exponēdi ouenientior apparet.

Expositio vndecimi articuli fidei.

Vndecimus articulus in ordine principali / et quartus eorum qui spectant ad spiritū sanctū. est de spiritu insufficiente sup interfectos veneno primi pentis. de quo p̄dicit ezechiel ezechiel. xxxvij. A quatuor ventis veni spūs et insuffla sup interfectos istos et reuiuifcant. et est iste. Carnis resurrectionem. et est sensus. Credo spiritū sanctum / per reductionem spūs creati ad corpus / facientem sua virtute carnis resurrectionē. Quod etiā innuit psal. cum dicit Emitte spūm tuū et creabuntur et renouabis faciē terre. In qua resurrectione credendū est idem corpus quod per mortē cecidit / ad eundem spiritū. id est ad eandē animā reditursi siue cuiuslibet mēbri materia ad idē mēbrum in quo erat redeat vt exponit aliqui / siue eadē materia tota corporis redeat ad totū corpus / nō tamen necessario materia cuiuslibet mēbri ad idē mēbrum scōm exemplū qd ponit aug⁹. Quā de statua enea fusa / fit massa. et iterū de eadem massa fit statua. vbi est omimoda iden-

titas materialis et numeralis inter statuam priorē et posteriorē. qz materia est eadē nūero et forma natural. scz eneitās et tñ forte qd prius fuit materia pedis in statua priori / erit materia brachij in statua posteriori. Et similt in proposito.

Argumētū autē infallibile qd resurrectione erit quotidie habemus. Unde dicit petrus rauenas. Crede te homo in morte posse resurgere. qui anteq̄ viueres nihil fuisti. aut qre dubitas qd resurgas. cū totum qd in rebus est continue sic resurgat? Sol enī occidit et resurgit. dies se pelitur et redit. mēses anni. fructus. tempus. semina cum trāseunt ipsa moriunt. cum redeunt ipsa sua morte viuescūt. Et tu etiā quotiens dormis et dormiendo euigilas / tecum q̄si moreris et resurgis.

Expositio duodecimi articuli fidei.

Duodecimus et vltimus articulus in ordine principali / et quintus eorum qui spectant ad spiritū sanctū / est de spiritū sancto. eterno. electos p̄mianate. et est iste. Vita eternam. et est sensus. Credo vitam eternam a spūscō in p̄miū electis collatam. In h̄ etiā articulo mors eterna docetur delere credi reprobis futura. q̄si dicat. Credo vitam eternā p̄miū bonorū et mortē eternā supplicij malorū. Dec autē vita eterna / consistit in stola anime et corporis. Stola autē anime in tribu cōsistit scz in manifesta cognitiōe summe trinitatē q̄ succedit fidei. Job. xvij. Dec ē vita eterna vt cogscant te solū rex xpi et quē misisti iesum xpm. Et in p̄fecta ei⁹ fructiōe que succedit spei. Itē in p̄fecta ei⁹ dilectione. qz nō euacuabit h̄ p̄ficiet caritas ipsius dei. Stola autē corporis in quatuor etiā consistit. scz in agilitate. subtilitate. claritate. in impassibilitate. De quibus dicit sapiētie. ij. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent. Si igitur fulgebunt / ergo habebūt claritatem. Si iusti / ergo habebunt immortalitatem seu impassibilitatē. quia sapie. i. Iusticia perpetua est et imortlis. Si sint scintille / ḡ habebunt subtilitatem. Si discurrent / ergo habebunt agilitatem. Per hunc articulū destruit heresis ponentiū

Cōpendiū theologie

teum non curate facta hominū et heresis potentium animā interire cum corpore.

Amen Iste terminus amen / quōque tenetur aduerbially. et sic interpretat fidelis. sicut aquilā. et sonat tantū sic ita fiat. Et ponitur venterono. xxvij. Et dicit omnis populus amen. Aliquando nominaliter aliquādo verbali. ut dari potest exemplum apocalip. iij. Hoc dicit amen. i. veritas. Vel amē. i. veritatē annunciās. Et potest hic sumi primo vel secūdo modo.

In sint alia credenda ytra articulos.

Sicut autē quera tur / an teneamur aliq̄ credere que nō sunt articuli. sicut ubi gratia. fornicationē esse peccatū mortale. et similia. Dicitur ubi q̄ sic. Oportet enim multa credere q̄ nō sunt articuli. maxie ea q̄ articulos p̄cedūt. Credere enī deo nō est articulus. sicut articulos p̄cedit. et tñ oportet deo credere. q̄ antecedit articulos. Et cum credere deo sit credere et bis ei siue sacre scripture q̄ dicit fornicationem esse mortale peccatū. Patet q̄ quōvis nō sit articulus / oportet illud credere. Et sic qui negaret p̄cipia alicuius arti / diceret hereticus in illa arte. sic q̄ negaret fornicationem esse peccatū mortale / vel aliqd̄ qd̄ asserit sacra scriptura. qd̄ quidē articulos fidei antecedit. hereticus i fide dēberet reputari.

Unde sumitur numerus et distinctio articuloꝝ fidei.

Diximus autē articuloꝝ et distinctionē sicut p̄statū modū exponēdi sic accipe.

Cum enī credere habeamus q̄ deus i sua essentia vnus et simplex / trinus sit in personis. quibz q̄ deus personis iuxta suas proprietates personales certe erga nos et nram salutem attribuitur opationes p̄dicātes / q̄s etiā credere habeamus / inde insurgit nūmerus et distinctio duodecim articuloꝝ fidei. iuxta duodecim q̄ sic nobis de ipsis personis diuinis credēda inclūbūt. Et q̄ iuxta ipm̄ modū exponēdi / vnū attribuit persone patris. sex vero persone filij. et quōque persone spūs sancti. ideo duodecim articuli fidei assignantur vnus respectu patris. sex respectu filij. et quōque respectu spūs sancti. **D**e vnico

articulo q̄ attribuit persone patris.

Primus enī articulus q̄ ut tactū est attribuitur patri. exprimit eius personā / et omni potentiam / cum dicit Credo in vnū p̄m̄ omnipotentē creatore celi et terre. et hunc articulum posuit petrus. **D**e primo sex articuloꝝ attributoꝝ persone filij.

Primus vero sex articuloꝝ q̄ attribuitur filio exprimit eius personā / cum dicit. Et in iesum xpm̄ filium eius vnū domini nostrum. et hunc posuit andreas.

De secūdo et tertio. **S**ecūdo exprimit vtrāq̄ eius natiuitatē / cum dicit. Qui conceptus est d̄ spūs sancto natus ex maria virgine. et hunc posuit iohānes euāgelista.

Tertius exprimit passionis sue sacramentū / cum dicit. Passus sub pontio pilato crucifiscus mortuus et sepultus. et hunc posuit iacobus maior.

De quarto. **Q**uartus exprimit eius descensum ad inferos et p̄sequēte resurrectionē / cū dicit. Descendit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. et hunc posuit thomas.

De quinto. **Q**uintus exprimit ascensum suū ad superos et ianue celestis apertionem / cum dicit. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris omnipotentis et hunc posuit iacobus minor.

De sexto. **S**extus exprimit eius iudiciariā p̄tate / cum dicit. Inde venturū ē iudicare viuos et mortuos. et hunc posuit philippus.

De quinq̄ articulis attributis persone spūs sancti. **P**rimus vero quōque articuloꝝ qui attribuit spūs sancto exprimit eius personā / cum dicit Credo in spūs sanctum. et hunc posuit bartholomeus.

Secundus exprimit eius sanctificationem et vnionē qua in eo vnitur ecclesia / cum dicit Sanctam ecclesiam catholicam sanctorū communionem. et hunc posuit matheus.

Tertius exprimit eius remissionē siue iustificationem per generalem remissionē / cum dicit. Remissionem peccatorum. et hunc posuit symon chananus.

Quartus exprimit eius viuificationem per generalem resurrectionem / cū dicit. Carnis resurrectionē. et hunc posuit iudas thadeus.

Quintus et vltimus exprimit eternam eius premiationem / cū dicit. Vitam eternā et hunc posuit matthias. Et clarius hęc patent in figura sequenti.

De quadam alia distinctione articuloꝝ fidei.

Hec et alia distinctio quorundam modernorum. quod symbolum in quatuordecim diuiditur articulos. Diuiditur enim primus et tertius et quatuor articulos supra positos / quolibet in duos. non uero et decimum redigunt in unum. prout uideatur distingui symbolum nuncennum quod cantatur in missa. Et secundum hanc distinctionem ponuntur septem articuli pertinentes ad diuinitatem. et alii septem pertinentes ad humanitatem. sic scilicet. Nam symbolum autem est de deitate. aut de humanitate.

De septem articulis

pertinentibus ad deitatem. Et primo de primo.

Si autem est de deitate. tunc primus articulus est unum deum tantum esse. Et est iste. Credo in deum. Secundus articulus est patrem esse unum deum creatorumque omnium. Et est iste. Patrem omnipotentem / creatorem celi et terre. Et ut supra tactum est isti duo articuli secundum assignatorem precedentem non sunt nisi unus articulus. Tertius articulus est filium eius unicum esse unum deum sibi equalis. Et est iste. Et in Iesum christum filium eius unicum dominum nostrum. Quartus articulus est spiritum sanctum esse unum deum ab utroque precedentem. Et est iste. Credo in spiritum sanctum. Quintus articulus est deum patrem dimittere / his que sunt in ecclesia et habet communionem ecclesie et non alijs. Et est iste. Sanctam ecclesiam catholicam. sanctorum communionem / remissionem peccatorum. Et sic ut supra tactum est coniunguntur isti duo articuli in unum scilicet non et decimum.

Sextus articulus est deum suscitatum mortuos. Et est iste. Carnis resurrectionem.

Septimus articulus est deum esse remuneratorem bonorum. Et est iste. Vitam eternam. Sub quo etiam comprehenditur deum esse punitorum malorum.

De septem articulis

pertinentibus ad humanitatem. Si autem symbolum sit de humanitate. tunc articulus primus est quod christus conceptus est de spiritu sancto. Et est iste. Qui conceptus est de spiritu sancto.

Secundus articulus est filium dei natum esse de uirgine Maria. Et est iste. Natus ex maria uirgine. Et ut supra tactum est isti duo articuli secundum assignatorem precedentem

non sunt nisi unus articulus. Tertius articulus est filium dei esse passum crucifixum mortuum et sepultum. Et est iste. Passus sub pontio pilato. crucifixus. mortuus et sepultus. Quartus articulus est filium dei descendisse ad inferos. Et est iste. Descendit ad inferna. Quintus articulus est filium dei resurrexisse a mortuis. Et est iste. Tertia die resurrexit a mortuis. Sextus articulus est filium dei ascendisse ad celos sedereque ad dexteram patris. Et est iste. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Septimus articulus est filium dei iudicaturum bonos et malos. Et est iste. Inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos.

ExPLICIT TRACTATUS PRIMUS HUIUS LIBELLI QUI EST DE EXPOSITIONE ARTICULORUM FIDEI

Incipit tractatus

secundus de decem preceptis legis et eorum expositione

Intra tractatum

de preceptis legis summarim tangenda sunt. quod est preceptum. Qualiter precepta distinguantur Expositione preceptorum. De numero et sufficientia preceptorum. Qualiter in ipsis preceptis septem capitalia. proinde alia precepta prohibeantur

De diffinitione precepti

et eius expositione.

Diffinitio autem precepti ab aliquibus sic. Preceptum est impium obligans ad obseruationem rei uel actus impati. Extrahitur radicaliter hec diffinitio a diffinitione precepti quam dat augustinus libro de uirginitate dicens. Preceptum est. cui non obedire peccatum est. Dicitur in dicta diffinitione obligans ad obseruationem ad diuinum consilium. quod per se non quod obligat. ut dicit augustinus. quod uis per accensum id quod consilium uideatur obligare. utpote si in casu preceptum non possit impleri nisi fiat consilium. ut si non possum sustinere parentes. scilicet patrem et matrem / nisi uendam omnia tunc tenerer omnia uendere. Quod quidem de se consilium. nec obligat nisi in casu per accensum ut exemplificatum est. Et si obijciatur quod similiter obligat uotum ad obseruationem / sic

Compendiū theologie

conuenit ei precepti diffinitio. Responde
Aliquid uouere est tantū cōsiliū nec quēq;
obligat nullus enī contra suā voluntatē
obligat ad uouendū sed qui uouerit ob
ligat necessario ad reddēdum. Et hoc iō
est quia reddere votū est precepti sed uo
uere est cōsiliū.

De varia distincti one variāq; assignatiōe preceptorum in tabulis legis

Distinctio autē ponit varia p/
ceptorū. Joseph⁹ enī dicit qnq;
mandata esse scripta in vna ta
bula et qnq; in alia. Orig. autē
ponit quatuor in vna et sex in alia. Augu.
autē ponit tria in vna et septē in alia. ut po
te tria que p̄tinēt ad deū in p̄ma tabula et
septē que pertinent ad primū in secunda.
Et hūc modum augustinus sequitur cōmu
nis opinio. Qd enī augu. ponit tria esse
in vna tabula et septē in alia. hoc magis di
cere uidet̄ pro dignitate q̄ p̄ scriptura. eo
q̄ tria p̄tinēt ad dilectōes dei et septem ad
dilectōem proximi. Unde si cōsiderētur
ipse tabule et earū scriptura in se sicut cōsi
derant hebrei et iosephus. sic vtraq; tabu
la cōtinebat quinque mandata seu p̄cepta.
Si autē considerent̄ fm̄ respectū et relati
onē eorū ad que dicta mādata ordinabāt
cum tria ordinētur ad deū et septē ad pri
mum poterit tali fine cōsiderato dici tria
esse in vna et septē in alia.

Expositio prece ptorum legis Et primo primi.

Nunc autē accedēdū est ad expo
sitōz singulorū p̄ceptorū. Et cū
lex p̄ceptorū posita sit p̄pter trās
gressiōes cōhibēdas (ut p̄ ad
Gal. iij. et tripl̄r transgressio fiat. s. corde
ore et ope. et hoc q̄dem tā quo ad deum. q̄
etiā quo ad primū. ut p̄fecta sit cōhibitio
trāsgressiōis. p̄fecta ponit̄ lex p̄hibitio
nis et sic mandatorū seu p̄ceptorū subse
q̄tur in iūctio. Et primo q̄stum ad deū. p̄
hibet̄ primū p̄ceptū cor ab idolatria. ut
deus sc̄z diligatur toto corde. Est enī de
colendo deo. Et colere deū (ut dicit glosa)
est sese toto mētis affectu illi mancipare.
Et est istud. Non habebis deos alienos
corā me. Quasi dicat De hēbis deū. nō
alienū. Exponēs q̄ dixit deos subdit

Quid sit deū colere

Non facies tibi sculptile. i. imaginē scul
ptā. quod vocat aug⁹ idoli. neq; similitudi
nē oīm q̄ in celo sunt desup/et que in ter
ra deorsum. et. que expositō est verbi pre
cedētis. Vel fm̄ Orig. sculptile siue ido
lū est/qd nō habet similitudinē in natu
ra sicut cymera. Similitudo autē est eorū
q̄ aliquāz hnt̄ in natura similitudinē. ut
imago homis vel bouis ad vey hominē
vel ad vey bouem/qd videtur per hoc qd
seq̄tur que in celo desup et que in terra de
orsum. Et hoc videtur q̄ phibeātur
imagines que ad literā sculptilia sunt/qz
sculptur. Sed r̄ndetur q̄ añ incarnatō
nem quādo data fuit hec lex/ nulla in li
gno vel i lapide sculpi potuit incorpali
dei imago. qz imago spūs/ fingi non po
test. Et p̄pterea ante incarnatiōem repro
bande erant imagines. Sed qz hoc fieri
potuit post incarnatiōem filij dei. p̄pter h
et tūc fieri concedūtur et ab ipso quidē q̄
legem tulit et dispēsare potuit scilicet xp̄o.
Uñ refert damas. q̄ xp̄s ab agaro regi mi
sit in p̄ano imaginē suam. eo q̄ pictor ab
eodē rege missus. ad depingendū imagi
nē xp̄i/ nō poterat vultū eius p̄e clarita
te intueri. ut eius singula lineamenta et
membra p̄p̄e describeret. Sed qz hec r̄/
sio/ nihil omnino ap̄d vnū populū iude
um valeret quoniā nostras imagines re
prehendūt. ideo aliter dici potest. q̄ non
simpliciter prohibētur oīno fieri imagies.
Unde beda. Imagines fieri nulla litera
diuina vetuit. hāz etenī aspectus multū
cōpunctōnis solet p̄stare cōtūētib⁹. et eis
qui l̄ras ignorāt quasi vinā de xp̄i passio
ne exhibēt recordatiōem Salomon enim
instinctu dīno eas fecit in tēplo dei. Sed
oīno prohibētur fieri ad hūc videlicet fi
nem ut adorētur et colātur. Unde seq̄tur
Neq; adores neq; colas ea. Ad adorādū
igitur et colendū phibētur imagines fieri.
Nos autē nō adoramus imagines. sed re
fertur honor et adoratiō ad imaginatū. sc̄z
ad deū vel ad sanctū eius cui⁹ est imago.
ut dicit augu. lib. iij. de doctrina xp̄iana.
Seq̄tur Nō adorabis neq; coles. Inē
que sic distingue. Non adorabis sc̄z vene
ratōne corpis. ut inclinādo eis vel genu
flectendo. Neq; coles sc̄z affectōne mētis
Unde glosa Aliō est colere aliō est adora
re. Potest quis inuitus vel adulādo regi
bus idolatris/vel tormētis victus/ado

rare. cum tamē sciat idolū nihil esse. et sic nulla mētis affectiōe ad idolū moueri. et p cōsequens nec colere. Colere enī est toto mētis affectu et studio mācipari. **S**equitur. Ego enī discretiue dicit. quasi dicat Ego nō alius. Sum dñs / et iō timēdus deus tuus / et ideo diligēdus. Fortis zelotes. i. diligēs amator. **U**nī deit. v. de tuus deus emulator visitās. s. puniendo iniquitates patrū scilicet non custodiētium precepta data in filios. i. puniēs etiā ipos filios. si patres ista nō custodierint. **P**uniunt enī quādoq; filij p peccato patrū temporaliter / nō eternalit. Et sic intellige illud **Ezech. viij.** Filius nō portabit iniquitatem patrū. scz eternalit. **U**el visitās peccata patrū in filios etiā eternalit. Non aut quia sunt peccata patrū. sed qz sunt peccata filiorū imitantiū peccata patrū. **U**sq; in tertiam et quartā generatiōem. **H**oc dicit. qz quādoq; solent patres in tertā et quartā generatiōem viuere. et plerūq; filiorū vel nepotū suoz molestius ferre cruciatūs q̄ propoz. **F**oz qui oderūt me. i. peccatorū et maloz. **E**t cōtra faciēs mīam in multa milia. i. in oēs. **E**t ponit ibi finitū numerū pro infinito. **D**iligētib; me et custodiētib; precepta mea. **I**ste terminus. et ponit ibi expositiue p id est custodiētib; **Q**ui enī diligit deū / precepta eius seruat. **U**nde **Joh. viij.** Si q̄s diligit me sermo nē meū seruabit. **S**ed querit qualr istō posset dici primū preceptū. cū dilec. o dei dicat primū mandatū. **M**atth. xxij. **H**oc est (loquēs de dilectōe dei) primū et maximū mandatū. **R**espondet q̄ illō mandatū de dilectōe dei idē est cū hoc prio pcepto decalogi. **I**ubet enim primū preceptum decalogi vnū deum coli et nihil ei in amo re preferri. et sic idem est. vel equipollet pmo mādato. iuxta preallegatū. xxij. capitulum **M**atth. **U**el potest dici q̄ dilectio speciale mandatū nō est. sed radice et stipes ceterozū. ad quod scilicet cetera mandata re ducūtur. **U**nde primū mandatū dicitur nō ordine sed dignitate. i. inter cetera precipuū et maximū. cum oīa cōphendat.

Expositio secundi

S precepti.
Secundū preceptū cōhibz os a piurio. a blaffemia. a mendatō et istud. Non assumes in va

nū nomen dei tui. s. false vel superflue. vel dolose p nomē dei iurādo. vel mētendo. vel ipsum nomē blaffemando. vel puerse de deo sentiēdo. **E**t si obijciat q̄ fm istā expositiōem / istud prinēt ad quintū pceptum secunde tabule. s. ad illud. Non loquaris contra proximū tuū falsum testimoniu. vbi agit de piurio. **D**ic q̄ iurās falsum. duplr peccat. **P**rimo. s. cōtra primū suum. cū decipiēdo. et isto mō ex pre verbi quod ordinatū est ad primū. et quo ad hoc cadit sub dicto quinto mādato seu pcepto secunde tabule. **I**tem secūdo peccat. inuocando ad cōfirmatiōem falsitatis vel deceptiōis / teste diuina veritate. et isto mō peccat i deū. et quo ad hoc habet sub isto secūdo mandato seu pcepto pme tabule. scz in isto loco. **N**ec enī habebit dñs hominē infontē. i. innocentē scz quin apud deū nocētis penas exoluat. s. qui assumpserit nomē dei frustra. **U**nde deuter. v. **N**on usurpabis nomē dei frustra. qz nō erit impunitus qui sup re vanā nomē dei assumpserit. **U**el nō habebit dñs infontē id est innocentē. hoc est a culpa immunē cum q̄ assumpserit nomen dei frustra. qz vt habet ecclias. xxij. **U**ir multū iurans replebit iniquitate et non discedit a domo ei. **S**ed qd dicit de istis magnatis et secularib; q̄ cōsuetudinē hnt iurandi. nūqd trāsgrediūtur istō pceptū seu mandatū et peccāt mortalit. **A**liq̄ rident distinguēdo. dicētes q̄ piuriū multipliciter dicit. s. indiscreta iuratio. vt pote quādo q̄s inutilr iurat verū. vel qū sine de liberatiōe iurat. et tūc nō credunt esse mortale peccatū. **N**ā tūc fit pter pceptū. sed nō contra pceptū / nisi forsan nimia eēt assuefactio. **A**lio modo sumit piuriū. vbi vel quādo q̄s iurat cū deliberatiōe illud qd iuramēto nō esset asserendū / imo nec simpliciter dicēdū seu loquēdū. sed potit oppositiū. et tūc credit esse mortale peccatū. **A**liq̄ distinguūt dicētes q̄ piuriū multipliciter dicit. **U**no modo falsa iuratio. q̄ si fiat ex ignorantia / adhibita tamē pus diligētia debita. nō est peccatū. **S**ed si fiat nō adhibita diligētia debita. peccatū quidē est sed veniale. **S**i aut falsa iuratio fiat sciēter. vt pote cū mendaciū iuramēto cōfirmatur. tūc nisi tantū iocando fieret. semp est peccatū mortale. **A**lio modo dicit piuriū trāsgressio iuramēti iā facti. qd si fuit licit

Compendiū theologie

tum. semp est ipsa trāsgressio mortale peccatū. Si vero illicitū. trāsgressio illi nō est peccatū. sed illud illicitū sciēter iurasse fuit peccatū. Tertio modo dicit per iurū indiscrētū iuramentū. qđ ponū (nisi alia aggrauaret circūstantia) veniale peccatū

Ite nomē dei patris/est filius. qz ipm patrē notificat. Nomē ergo dei in vanum assumit qui ipm xpm purā creaturam ponit seu asserit. qz sic ponit ipm esse vanū vel vanitatē. **U**n ad rhoma. viij. Vanitati subiecta est ois creatura. Sed cum tps veritas sit. vñ Jo. xiiij. Ego sum via veritas et vita. nullaten⁹ poterit esse vanitas. et sic nec pura creatura. Quid ergo absurdus qđ illā firmissimā veritatē ponere vanitatē. et illud verbū virtuosum sustētans oia vt habet ad heb. i. ponere vanū et sustētātū. **D**eniqz tertio modo nomē dei assumit ille in vanū qđ nomē xpi. vñ dicit xpianus. p peccatū vanū reddīt et mortuū. Nomē qđpe sup hoies scriptū vt viuant ipi iuxta qđ loqitur tps apocal. iij. Et scribā sup eum nomē dei mei et nomē ciuitatis dei mei noue hierlm. que descendit de celo a deo meo. et nomen meū nouum

Expositio tertii pre

Tertiu pceptū ptinēs (ceptū ad deū/cōhibēs trāsgressiōnē in ope est) **M**emento vt diē sabbati sanctifices. i. sanctū et seriū habēas. cessando ab omni ope seruilī. **U**bi nota. qđ in q̄tū sabbatū desigēt quietē interiorē a prauis affectiōibus/et exteriorē ab oibus seruilib⁹. pter illi⁹ diei determinatōem/ morale est hoc pceptū et scriptum in corde hūano. sicut alia decalogi mandata seu pcepta. **N**atura enī dicit esse vacandū aliqñ quieti. et orōni. et diuine laudi. Sed qz tali die. s. sabbato. et a talib⁹ rebus grossiorib⁹ abstinere/nō dicitur cōscia. sed sola exterior iussio diuina q̄sum ad hoc fuit cerimoniale hoc mādatum. et soluendū. i. solui poterat. **C**irca qđ est aduertendū. qđ in dñica resurrectōnis dñice/ex statuto ecclesie mutatum est sabbatū in dñicam/ ne videremur iudaisare. Quia ex quo veritas luxit. trāsiit legē ymbra. et hoc quo ad cerimonialia. **E**t si querat quare alie iudoz festiuitates nō p̄cipiebant in decalogo. **D**ic qđ cetera eorum festiuitates/fuerūt tantū cerimonialia

les. nec ab oibus sunt obseruāde. hoc autē pceptū/magis morale est qđ cerimoniale/ iō in decalogo ad quē oēs tenent semp precipiendū erat. **S**equitur deute. v. vñ sumit hoc pceptū. **S**ex enī dieb⁹ facies oparua. septimo autē die qđ est dies sabbati nō facies in ea quicq̄ op̄is. **E**t subdit rōem pcepti. **S**ex enī dieb⁹ fecit de⁹ celū et terrā. vt patz **Gen.** i. et requieuit die septimo. non quasi lassus. **S**ed ponit ibi requieuit p cessauit. sicut dicit apoc. iij. **R**equiem nō hñt die ac nocte dicētia sanctus sc̄tus. zc. i. dicere nō cessabāt. **I**ta sumit in dicto passu requieuit p cessauit. **N**ihil enī vltius fecit nouū cui⁹ nō fecerit prius materiā vt pote corpaliū. vel similitudinē. vt pote spiritaliū. **O**patur tñ adhuc quotidie creata gubernādo. vt dicit **Joh.** v. **P**ater meus vsqz modo operat⁹ et ego operor. **C**irca qđ dicit augu. lib. iij. sup **Gen.** **S**ic requieuit vt nouā creaturā vltius cōderet nullā. nō vt que cōdiderat cōtinere et gubernare cessaret. **A**t bñ dicit diei septimo. qđ est dies sabbati. et pro id est sanctificauit eū. i. sanctū et celebrē cum hñe voluit. vt scilicet nō fieret opus seruale in eo. et sic nō interdicit opus charitatis. nec necessitat⁹. **U**n patz qđ poterūt exhiberi ecclesiastica sacramēta. sicut enī poterāt circūcidere sabbato. et nos etiam die dñica sacramēta possimus exhibere. et opa charitatis. vt elemosinas. et opa necessitatis exercere. vt bibere comedere. (pcepti.

Expositio quarti

In quo ad deū tria ponūtur pcepta. **Q**uantū autē ad primū ponūtur septē sequētia. quozū vnū est affirmatiuū/ et sex sunt negatiua. **A**ffirmatiuū autē et quartū in ordine principalī. sed primū in his qđ respiciūt proximū est illud. **D**onora patrē tuū et matrē tuam. **P**er qđ mādatū natura qđ corrupta est/ ad ordinem naturalē reuocat⁹. **N**ec fuit necesse hmōi pceptū dari parētib⁹ respectu suoz filioz. **C**resce te enī virtute in filijs/ decrescit virt⁹ in parentib⁹ fm naturā. et deficiētī virtuti/ debet iuste subsidiū. **U**n quia minorat virtus seu vigor in pentib⁹/ et auget in filijs datur pceptū vt filij subueniāt parētib⁹. **N**ec fuit necesse dare hmōi pceptū pentib⁹ de filijs/ q̄uis priō ipsi filij fuerūt im-

potentes. qz natura etiam corrupta ad id cogit. eo qz naturalr succus ascēdit a radice ad ramos z nō ecōuerso. Et Crisosto. Hoc est amor in hōib⁹ qd est humor in arboribus. **A**it ergo. Honora patrē tuum duplici. s. honore. z reuerēdo. z necessaria p̄bendo. Patrē tam spūalem q̄ carnalē. Intelligit etiā de patre deo q̄ potissime est honorādus. **U**n̄ mal. i. Fili⁹ honorat patrē z seru⁹ dñm. Si ergo p̄r ego sum ubi est honor me⁹? Et matrē tuā carnalē. necnō z spūalem. s. eccliam. De q̄ ad Gal. iij. Illa autē que sursum est hīrlm/ libera est. q̄ est mater nr̄a. Noīe etiā patrē z m̄ris oēs primi intelligunt. vt dicit augustinus. **U**n̄ fm̄ ipm̄ oīa vendēda sunt z danda p̄ paupib⁹ in extrema necessitate. qd si nō fit/ trāsgredit̄ istud mādatū. Si ergo noīe patris z m̄ris/ oīs primus intelligitur/ z nobilissimū inter proximos ponit p̄ oibus. s. p̄rem z matrē. claz est qz illis p̄cipue honor debet z subsidiū. **A**t vt firmius obseruet̄ adhuc hoc p̄ceptū/ subiūgit premiū dicēs. vt sis logeu⁹ sup̄ terrā. **N**a eccl. iij. Qui honorificat patrē z matrē. vita uiuet longiore. Iustu enī est vt q̄ alteri⁹ vitā sustētat. vitā illius plōgetur. **S**up̄ terrā inqt̄ scz tā morietū q̄ uiuentiū. eo qz pietas ad oīa utilis est. pmissio/ nē hīs vite q̄ nūc est z future. i. ad thi. iij.

Expositio quinti

Quintū autē prece (p̄ceptū. p̄m̄ principale. z scdm̄ in ordine eoz q̄ respiciūt. p̄m̄ū z p̄m̄ū negatiuū/ est istud. **N**ō occides. **U**bi p̄cipit qz nō ledat̄ proximus in sua p̄sona. **N**ō occides igit̄ supple hoīez teipm̄ videlicz. vel aliū. z dupl̄r. videlicet aīa vel corpe. **S**ed p̄trariū huic p̄cepto videt̄ haberi exo. xxij. **A**t maleficos nō p̄tneris uiuere. In quo p̄bo p̄cipit dñs fieri occisionē hic vero phibet. vñ cōtrari⁹ sibiūpi videt̄ in legislatiōe. **S**z ad hoc dicit qz p̄sonē priuate q̄ nullā habet iurisdicōem vel autoritatē/ hic phibet occidere legi autē vel ministro iusticie/ p̄cipit occidere. **E**xo. xxij. **E**t sic nō est cōtrarietas. qz nō est circa idē seu respectu eiūdē. **S**z nūquid aliquo modo priuate p̄sonē licz absqz trāsgressiōe occidere/ videt̄ qz sic. ad min⁹ in sui defensiōe. hoc ei iura p̄mittūt scz iniuriā. p̄pulsare z t̄pate vim vi repellē

 cāt. sed t̄m̄ patit̄ impedimētū lingue. Si
 autē om̄ino suffocāt ratio. dicūt q̄ bap-
 tizare nō potest. Si autē impedimētū tātū
 lingue patit̄/ habet q̄ discretiōem/ p̄t ni-
 ti ad formandū dictiōes cū studio. Vñ si
 nō assit ali⁹. p̄t talis baptizare. Sed si
 nullā posset dictiōem exp̄mere/ secus eēt.
 Sed nō videt̄ q̄ ebrietas q̄ nō ligat ratō-
 nem/ t̄m̄ impedimētū p̄stet vt cū dilige-
 ti studio nō posset exp̄mere verbū. ¶ In
 tertio casu. s. de heretico d̄r q̄ heretic⁹ ba-
 ptizans in forma heretica nō baptizat. s; heretic⁹
 baptizans in forma ecclie. dūmo-
 do habeat intentionē baptizandi bap-
 tizat in fide ecclie. & baptizat⁹ est. Et ponit̄
 de hoc aug. cōtra donatū hereticū ueni-
 ens exēplū. Quia sicut Jacob semē b̄ndi-
 ctū/ nō t̄m̄ genuit p̄ vterz liberaz. sed etiā
 p̄ vterz ancillaz. ita xps nō t̄m̄ sp̄ualiter
 regenerat ministerio fidelīū/ sed etiā mi-
 nisterio infidelīū. eo q̄ actus su⁹ sit nō ho-
 minis. ¶ In quarto casu d̄r q̄ vnus p̄t
 tot baptizare quot p̄t simul mergere vel
 pfundere p̄ necessitate. Dico q̄ p̄ter neces-
 sitatē nullatenus est hoc faciendū. nec est
 ly te in tali casu de necessitate forme. quia
 d̄ns tradens formā baptizandi dixit eos.
 cui tantū p̄sonat vos quantū te. Sed se-
 cus est si duo baptisent vnum/ dicēdo ba-
 ptizam⁹ te. quia fm̄ buguelinū in appa-

ratu suo sup decret. nō est baptizatus. S; si
 plures simul mergant puez p̄ferētes
 singuli formam ecclesiasticā/ ego baptizo
 te. &c. cōfertur baptismus. Nec est iteratū
 sacramentū p̄pter illā verboz iteratiōem
 seu multiplicatiōem vt dicūt. nisi cū hoc
 etiā iteraret̄ & mersio siml. ¶ Sed esto q̄
 duo sint baptizantes aliquē. quoz vnus
 sit m̄cus & dicat verba. & alius mutus &
 mergat puez. nūquid est baptizat⁹. Dicūt
 q̄ nō. qz in omni sac̄o h̄ntē prescripam
 formā/ illud qd̄ solēnitatis est b̄n̄ diuidit̄
 sed illd̄ quod est necessitatis nequaq̄. Et
 ideo qz vtrūq̄ scz formaverboz & mersio
 sunt de necessitate sac̄i/ diuidi non p̄nt.
 vnde nō est baptizatus. ¶ In quinto ca-
 su scz vtz aliq̄s possit seipsum baptizare.
 Scdm̄ canones p̄stat q̄ nō. & forte iō qz
 sub hac spe possit nimis differri bap-
 tismus. eo q̄ q̄n̄ vellet posset seipm̄ bap-
 tizare. Insup sicut cōtra naturā est q̄ quis se
 ipm̄ generet. ita contra ratiōem videt̄ esse
 q̄ quis seipm̄ possit regenerare. Verun-
 tamē si desideret baptismū. & nō sit alius
 qui seipm̄ possit baptizare. si in illo statu
 moreret̄/ saluaret̄. eo q̄ esset baptizat⁹ ba-
 ptismo fluminis. qui supplet in necessita-
 te baptismū fluminis. ¶ In vltimo casu
 d̄r q̄ si iocose cū intentiōe tamē faciēdi qd̄
 facit ecclia/ sup nō baptizatū p̄ferat verbo-
 rum formā/ mergēdo in aquā. ipso tūc vlt̄
 ante nō reclamāte baptizat⁹ est. qz tūc nō
 totū fuit iocosum vel ioculatoriū. eo q̄ in-
 tentiō faciēdi qd̄ facit ecclia/ ioculatoria
 nō fuit. Si autē totū fuit ioculatoriū vel
 ipse reclamasset. tūc nihil fieret. Et ponit̄
 iurispiti exēplū p̄ simile in stipulatiōe.
 Nam cū ludendo dicūtur hec verba sp̄o-
 des. spondeo. nō inducitur obligatio.

De qualitatib⁹ seu

conditionib⁹ accedentiū ad baptismum.

Nunc dicendū est de cōditio-
 nib⁹ accedentiū ad baptismum.
 Et primo querit̄ deficte accedē-
 te vtz baptismū recipiat. Item
 vtrū dormientes possint baptizari. Item
 an amētes. Itē an inuiti. ¶ Ad primū d̄r
 q̄ fictus suscipit baptismi sacramētū. sed
 non rem sacramētī vel effectū. eo q̄ ponat
 obicem sp̄rituū sancto. & gratie sacramen-
 tali. Vult enī aliquid/ quod stare nō p̄t
 cum grā sac̄ali. s; cessante fictiōe suscipit

Compendiū theologie

effectum. Quis autē dicat fictus /z quis fictus recipiat caracterē /z q̄s nō. Dic in effectu post Raymundū in summa q̄ ille fictus qui se simulat velle suscipere baptis- mū /z omnino suscipere nō intendit. nō reci- pit sacramentū nec rē sacramēti. Sed qui exteri⁹ suscipiēs /se simulat interi⁹ dispo- sū cum nō sit vel q̄ nō credit. vel q̄ in- deuotus. i. cū proposito peccādi accedit vel contēnit sacramentū id est nō reueret / ille nō suscipit rē sacramēti. i. grām. caracterē tñ suscipit. ¶ In scdo casu scz de dormiē- tibus distinguit. Aut q̄ ante dormitōnem habebāt voluntatē omnino cōtrariā /z re- pugnantē /z in ipsa cōtradictōe p̄stiterūt aut nō. Si sic. tñc dormientes si baptisen- tur / nihil recipiūt nec sacm̄ nec rē sacri / vt p̄z cetera de bap. c. Maiorē in si. in an- tiq̄s. Si autē nō apparuerit talis volun- tas eoz. sed vigilātes institerint baptisa- ri. tñc si timeat de piculo / p̄nt dormiētes baptisari. Idē dicendū est de lerargico /z de amentibus. De amentibus tñ distinguit aliqui. Aut furia est p̄petua. aut non. Si sic. p̄ infantibus habēdi sunt. q̄ est nūq̄ voluerint baptisari. nūq̄ tamē etiā nolu- erint. q̄ sufficit ad baptismalē caracterē imprimendū. Si autē furia nō est perpe- tua. vtputa qñ aliquis incidit in furores /z amētia. tñc distinguedū est. sicut supra distinctū est de dormiētib⁹. Ad illud autē quod querit de inuitis distinguedū est. qz aut omnino ita fuerūt nolētes bap- tisari vt p̄ posse suo resisterēt /z resisterēt cū vsu rōis. quod dico p̄pter amētes. /z tales nullo modo recipiūt sacramentū. nec vt priores sunt rebaptisandi.

De patrinis et ad quid tenentur.

Distremo de patrinis tangen- dum est q̄ sint. ad quid tenentur. In cuius p̄sona respondeant. An excusent a mēdacio. So- lutio fm̄ Hugonē de sancto vict. patrinis vocant qui puulos ad baptismū offerūt vt regenerent ad vitā nouā. Et scias qz patrinis idonei nō p̄nt esse infideles. cum teneant instruere puulū in fide catholica quod nō potest infidelis. Itē nec religi- ose p̄sone. p̄pter suspectā familiaritatez q̄ generat p̄ talē generalē p̄p̄nitatē. Ad quid autē patrinis teneant. scias qz fm̄ au-

gusti. maxime tenent ad duo scilz monere ad virtutes. /z docere symbolū. /z orōnem dñicam. Dicit autē magister Albertus qz patrinis ad istā diligētā obligant si tamē aliter nō instruatur puuli. S; qz p̄ntes sunt cōiter in istis circa puulos diligētes. Credo etiā /z pater n̄ / carant in ecclia. et mores p̄dicant. ac in bonis opib⁹ ostēdūt. in m̄gna p̄re excusant modo patrinis. Secus autē fuit in p̄mitina ecclia. q̄ndo puuli inter infideles nutriebant. Deni- qz patrinis in p̄sona puuloz respondēt. /z tñ valet cū ipsi patrinis dicunt credo. ac si puuli mei dicerēt. sacm̄ fidei patris sum suscipere. Quod v̄z videt. cū non habeant obicē cōtrarie volūtatē vel dissensus. et ad credendū ista / non repiāt in eis vsus liberū arbitrii. Patet ergo qz patrinis ita p̄ puulis respondēt nō mentiūtur.

De sacramento cō-

firmatōnis /z p̄tinētibus ad ipm̄.

In materia autē sacramenti cō- firmatōis videndū ē p̄rio. Vt istud sacm̄ sit necessariū ad sa- lutē. Que sit p̄pria materia in hoc sacramto. Que sit p̄pria forma. Quis minister. Quis ei⁹ effectus. Quales ad confirmatōem accedere debēt. Et an ali- quis possit seipsum representare.

An sacramentū cō- firmatōnis sit necessariū ad salutem.

Hautē confirmatio sit necessa- ria ad salutē dubitari p̄t. Et videt qz sic loquendo etiā non quo ad esse bñ institutū. s; quo ad esse necessariū. maxime cū dicat Hugo de sancto vict. Quid p̄dest si p̄ baptismū a lapsu erigeris nisi etiā p̄ confirmatōem ad standū cōfirmeris. Ad q̄ dici potest qz vno modo loquēdi confirmatio necessaria est. alio modo nō. Necessitas enī duplex inuenit. quedā absoluta. /z quedā cōditō- naria. Absoluta est. qz illud sine quo res eē nō potest. necessariū dicit. Sic baptism⁹ necessarius est ad salutē. quia sine eo non est salus. nisi cū necessitas excluderz sacra- mentū. Sic etiā penitētia necessaria est ad salutē post lapsum in mortale culpam. Et isto modo cōfirmatio nō est ad salutē necessaria. Alio modo dicit necessitas cō- ditionaria. i. fm̄ qd vt si homo nō debeat

debilitari/ necesse est bñ comedere. Et isto modo dici p̄t q̄ cōfirmatio/ ad salutē est necessaria. Nā ad hoc q̄ debeat vīra spīritualis z salus in baptismo adeptā/ robuste cōtra hostes spūales custodiri/ necesse habet hoc sacramēto p̄firmari z cōfortari. Datur enī hoc sacramētū ad robur. Unde dicit hugo de sancto victo. illō qd̄ supra allegatū est. Quid p̄dest. zc. Nō qz sine cōfirmatione nō valeret baptismus ad salutē. qz hoc falsum est. sed qz frequēter in pugna spūali/ ex debilitate virtutis spūalis/ accideret etiā facilitas cadēdi. et proinde dānatio. nisi esset confirmatio.

Que sit propria materia in sacramento cōfirmationis

Materia autē huius sacramenti debita est crisma. qd̄ p̄ficatur ex oleo oliuaz. z balfamo. p̄ consecrationē z sc̄rificatōem pōtifficis. Rabanus de naturis rez. Balsamus in crismatis cōfectiōe/ liquori oliue cōmisceri. z pōtifficali bñdictiōe solet cōsecrari. Unde aliō oleū q̄ oleū oliuaz vt cōiter dicit. vel oleū z balfamū nō cōsecrata/ nō sunt. nec esse p̄nt materia huius sacramētī. Nec est simile de baptismo. in quo in necessitate pōt esse materia aq̄ nō cōsecrata. qz baptism⁹ sac̄m est necessitatis. z iō in necessitate sine mora bñdictio nis. cū forma ecclīastica baptisat. Cōfirmatō autē nō est sac̄m necessitatis. eo qz multi nō cōfirmati saluant. dūmodo contemp⁹ sac̄ri nō interueniat. Nō etiā in necessitate/ oleo nō consecrato/ non potest quis confirmari.

Que sit forma in sacramento cōfirmationis.

Forma enī verborū quib⁹ vtuntur ep̄i duplex est. Et fm̄ q̄sdaz talis est. Signo te signo crucis z cōfirmo te crismate salutis in nomine patris. zc. Scdm̄ alios talis est. Firmo te signo crucis z crismate salutis in noīe patris. zc. Sed prim⁹ modus generalior est. eo qz generali⁹ dicant̄ priora verba in p̄secratione. Et nota cū hoc sacramētū ordinatū sit cōtra debilitatē ex fomite surgentē. q̄ nō tota purgat in baptismo. sed remanet debilitas ad exercitium. z sit duplex debilitas in nobis scz in

terior z exterior. indigem⁹ primo vt tollat a nobis interior que est verecūdia notia/ cōfitendi nomē xp̄i. q̄ tollit de iure in cōsignatione z imp̄ssione crucis in fronte. in qua cōscribit̄ verillo summi ip̄atoris in quo ipse de hoste triūphauit qz oēs pudorē debet euacuare. z glām sup̄inducere multiformē. Exemplū de portantib⁹ insignia regis in armis suis. Unde dicit paul⁹ ad gal. vlti. Vibi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xp̄i. Ad absolutionē ergo hui⁹ verecūdie/ sit in cōfirmatione/ cōsignatio crucis in fronte. vbi locus est verecūdie. z dicit̄ cōsigno te signo crucis. Indigem⁹ etiā vt tollat a nobis debilitas exterior. q̄ est flexibilitas seu instabilitas ad standū exteri⁹ in cōfessione noīs xp̄i/ corā regib⁹ z principibus mūdi. Ad hoc fit cōfirmatio crismate salutis. qd̄ designat ipsa inūctio. vt sicut inūctio per subintrationē in substantiā corpis ministrat ei fomentū hūoris/ ne desiccet z rigeat in pugna. ita ipsa inūctio crismatis robustos z intrepidus nos efficit ad resistendū p̄tra principes hui⁹ mūdi. hoc est p̄tra pctā z p̄tra principes tenebrarū. hoc est cōtra demones. Et ad istud robur cōferendū dicit. Cōfirmo te crismate salutis. Et notandū qz quib⁹ nulla forma verborū legat̄ quib⁹ cōfirmabāt apli. imo. vt videt̄ Actu. viij. tm̄ vsi sunt p̄ cōfirmatōe impositōne manū. tm̄ credūt maiores/ eos nūq̄ sine verbis nec sine materia crismatis. determinata/ p̄firmasse. Qui⁹ argumentū est qz in lib. de ecclīast. hierarchia beati dionysij. qui cū aplis fuit/ habetur exp̄ssum capitulū de p̄ficiēdis z in tēplo offerēdis. vbi loq̄tur de sanctificatōe crismatis. P̄nt hic multa queri z s̄lū solui vt supra q̄sitū est i tractatu de baptismo.

Quis sit minister sacramenti cōfirmationis.

Et autē minister in hoc sac̄o solus ep̄s. cuius ratō assignat̄. Nam rē aliquā statuere vel facere minor est. sed factā confirmare est maior. Et ita baptizare/ oīm sacerdotū minor est. cōfirmare vero p̄ baptismū/ maiorū est scilz ep̄oz. Insup̄ res hui⁹ sacramētī/ spū sanct⁹ est. vel grā ei⁹ collata ad robur cōtra debilitatē z timiditātē ex fomite p̄cedentē. et iō cōueniēs qz

Compendiū theologie

quo ad signū sacramentale ab eo qui plenitudinē potestatis et vigetis habet descendat

Si autē obijcias. si solus ep̄s hoc facere potest. aut ergo hoc habet ex ordine aut ex iurisdictione. **S**i ex ordine. ergo hoc etiam poterit simplex sacerdos. quia ep̄scopus nullū habet ordinē quē non habeat sacerdos ad min⁹ fm̄ eos qui ep̄atum nō ponūt esse ordinē. **S**i autē ep̄s hoc habet ex iurisdictione sequit̄ q̄ electus cōfirmat̄ ante cōsecrationem om̄modā habet iurisdictionem. **T**u dic q̄ hoc sc̄z q̄ sol⁹ ep̄s potest cōfirmare nec ex ordine tm̄ nec ex iurisdictione tm̄ habet. sed ex utroq̄ simul. **C**ū hoc annexū est officio ep̄ali/ sicut cōsecratio eccl̄iaz et ordinatio clericorū. et velatō virginū et h̄mōi. **S**ed q̄d si aliq̄s ep̄us cōfirmet crismate/ nondū baptisatū siue nondū xp̄ianum. et fiant om̄ia que exiguntur ad collatōem hui⁹ sacramenti. nunq̄d sacramentū tale est isti nō baptisato collatum? **D**icūt fere om̄es q̄ nō. eo q̄ baptismus sit ianua et fundamētū om̄iū sacramentorū. **E**t sic vbi nō nisi p̄ baptismum pōt ad alia sacramēta iter haberi. sic nec ad alia sacramenta potest sine baptismo sup̄edificari. **S**unt alij qui videntur modo contrario sentire.

Quis sit effect⁹ sacramenti confirmatiōis.

Dicuntur effectus hui⁹ sacramenti p̄ supra dicta in pte pt̄z. **S**c̄dm̄ enim Rabanū effectus hui⁹ sacri est roboratio p̄ sp̄m̄ sc̄m̄. vt sc̄z intrepide p̄dicet aliquis q̄d ipse accepit. **E**t dicit magister in. iij. sententiāz q̄ effectus ei⁹ est donatio sp̄s sc̄i ad robur sc̄lz cōtra debilitatē vel instabilitatē a fomite p̄cedētē. **S**i quis autē obuiauerit dicēs q̄ idē est effectus eucharistie. sc̄z roboratio sp̄s sc̄i. q̄ panis cor hoīs cōfirmet. et q̄ ita sup̄fluit istud vel illud sacramentū. **D**ic q̄ vario mō est robur et effectus isti⁹ et illius sacri. q̄ effectus cōfirmatiōis est per se. effectus vero eucharistie per accēs. **V**el dic quo ad duo tenemur sc̄lz ad credendū articulos fidei firmi. et cōfitendū exterius audaciter. iuxta illud ad R̄bo. r. **A**orde credit̄ q̄d iusticiā. ore autē cōfessio fit ad salutē. **E**t ideo duplici indigem⁹ roboratōe. **U**na que int⁹ nutriat nos et cōfirmet ad credendū. et est panis vite q̄ cor

hoīs cōfirmat. **E**t alia q̄ cōfortet et confirmet nos ad audacius cōfitendū nomē xp̄i exterius. et hec est cōfirmatio. **C**ū q̄ntum ad hūc respectū recte recipit eucharistia interius et cōfirmatio exterius.

De qualitate accedentū ad sacramentū confirmatiōis.

De qualitate accedentū querit̄ primo q̄ etate accedere debent. **T**er̄ an ieiuni vel pransi. q̄ de cōse. di. v. d̄. vt ieiuni veniant p̄fecte etatis et moneant̄ cōfessionē pus facere. vt mundi/ donū sp̄s sc̄i valeat accipere. **S**ed dic q̄ vtriusq̄ etatis hoīes sc̄lz puerilis et iuuenilis simul accedere p̄nt. **E**t melius ac securi⁹ est q̄ pueri confirment. q̄ q̄uis etas imatura/ tentationes et fortes motus concupiscētie nō sentiat/ prepanit̄ ad pugna sp̄s sc̄i cū tēpus cōfirmatiōis aduenerit. et bonū ac securum est/ semp̄ paratū esse. **D**ecretū autem illud allegatū/ de adultis loq̄tur. qui tenentur ad illa que tangit̄. **A**d aliud dicitur q̄ propter sacramenti reuerentiā decet vt ieiunus recipiat et a ieiuno cōferat̄. si tamē aliter propter raritatē et carentiā ep̄orū fiat non nocet. meli⁹ est enī etiā post prandiū cōfirmari dū potest haberi ep̄s. q̄ ipso recedente sacramenti pati dilatiōem. **S**ed nunq̄d aliq̄s ad hoc sacm̄ suscipiēdum posset seipm̄ p̄ntare ep̄o? **D**ic q̄ non. q̄ cōfirmandus debet significari seu p̄ntari tanq̄ nō habēs propriā virtutē ad stādū sed indigēs vt ab alio statuaf̄ seu stabilia tur. et ideo ab alio est p̄ntandus. **I**n fine nota q̄ cōfirmatus fm̄ morē cōmunē se debet p̄ septē dies obseruare a lotionē capitis et frōris. p̄pter inunctōem crismatis et dignitatē hui⁹ sacramenti. **I**n sup̄ vt dicit hugo de sancto vict. tāto tēpe debet cōfirmatus vnctōem cōseruare in capite vt sc̄z caput nō lauet. quāto aduentus spiritus sancti celebrat̄. hoc est dieb⁹ septem. vt aduentū spiritus sancti ad se totidē diebus agat quot agit vniuersal̄ eccl̄esia aduentū spiritus sancti sup̄ ap̄los sc̄z in pentecoste. **Q**uid autē sit hic res et q̄d sacramentū? **D**ic q̄ sacramentū est ipsa cōsignatio que p̄ manus ep̄i fit in fronte cōfirmati ex crismate vt supra tactū est. sanctifico. **R**es vero sacramenti est ipsa gratie spiritualis datio ad robur. contra debilitatē

seu instabilitatē et fomite procedentē.

De sacramento eucharistie / z pertinentibus ad ipm.

Tertio loco se offert tractat^o de corpore xpi seu de eucharistia. Ubi primo tãgēdum venit tēpus institutiōis eius. Que vtilitas eius. In qua materia celebret. Que in eo sit precisa forma verborū. Quis ei⁹ effectus. Deinde tanguntur aliqua de hoc corpore christi. De condiōne recipientiū. De condiōne ministri.

De tempore institutiōis sacramenti eucharistie.

De sacramentū vt plures volunt in die cene plene institutū fuit / z habuerūt verba consecratiōis plenā efficaciam a tēpe illo vsq; nūc. quantā modo hnt. Alij volunt q; tūc forma verborū perfecte tradita fuerit. sed q; virtus verborū vsq; ad pascha suspensa est. Unde fm eos nō potuit corpus xpi confici in illo triduo eo q; verba illa virtutē suā ex passione. sepultura. lateris apertione. z resurrectione christi / ptra perūt. que omnia repñtant per signacula q; in missa fiūt. Sed credo q; prior sententia verior sit. Alioquin si xps vltimus per decē annos post cenā illā vixisset / nō confecissent apostoli virtute illoꝝ verborū quod nō reputat verum.

Que sit utilitas

Signat hic plures utilitates. que cause sunt quare institutū est hoc sacramentū. Est autē prima z p̄cipalis. vt sicut homo p̄ elum ligni vetiti pdidit vitā. ita recupet p̄ esum ligni vite. Secōda causa p̄ma huic est. vt hic scz sit aliqd nutrimentū hominis sp̄uale. fm illō psal. panē angeloz manducauit homo. Tertia vt vni antē mēbra corporis xpi suo capiti. Dic enī cibus conuertit cibantē in se vnit q; sibi mēbra cibātia. Unde aug. in libro cōfessiōnū loquēs sub nomie xpi. Non me mutabis in te sicut cibū carnis tue s; tu mutaberis in me. Quarta causa est. vt auget meritū fidei que in hoc sacramento maxime mereť. quā causaz tãgit magister in. iij. sententiāz di. xij. Quinta est sub-

leuatio spei. vt recipiam⁹ in celo sua. quo hic recipimus semetipm. quā causam tãgit **A**bryst. sup ioh. Sexta est dilatio charitatis que huius sacramēti sumptione auget. eo q; sit sacramentū amoris. vt dicit hilarius. Septima diminiō venialium sicut infra tanget. (mēti.

De materia sacra-

Materia huius sacramēti / nō est res vna sed triplex. scilz panis triticeus. z vinū aqua mixtū. q; bus xps / ea in carnem z sanguinē suū cōuertendo / cōtulit vim talem vt essent materia huius sacramēti. **U**n alexāder papa de p̄sca. di. ij. In sacramento / rū oblatiōib; que inter missaz solemnias dño offerunt. panis tm̄ / z vinū aqua per mixtū. in sacrificiū offerant. **U**n quis nō legat in euangelio / estimat tñ aqua simul cū vino in calice dñi fuisse. **U**n damasc. Capiens calicē ex vino z aqua / tradidit eis dicēs. bibite ex hoc omēs. **I**tē de cōsecre. di. ij. **A**d dño admoniti et instructi sum⁹. vt calicē dñi cū aqua mixtū / fm q; dñs obtulit / offeram. **S**z hic plura scire oportet. **A**n. s. primo deficiente aliquo istoꝝ / conficiat. **I**tē an possit p̄fici de pane siliginoso. **I**tē an de azimo tm̄. vel de aliquo modo fermētato. **I**tē an p̄fici poterit si vinū tam modicū fuerit. vt omnino sit ab aqua absorptū. **I**tē an sine aq; possit quis cōficere. **E**t quantū de aqua in calice sit apponēdū. **I**tē an panis trāseat in carnē z sanguinē z aiām z deitatē. z similit̄ vinū in hec etiā omnia. **I**tē an aqua trāseat tm̄ in sanguinē. vel p̄rio trāseat in vinū z deinde illud vinū in sanguinē. **I**tē an in alio liquore liceret hoc sacramentū celebrare. **R**ñsiones. **A**d primū dicif fm opinionē eoz qui dicūt q; in vltimo instāti platiōis p̄rie clausule scilz hoc est corpus meū sit trāssubstātiatio panis in carnē xpi. z est ibi xps p̄fectus sub specie panis. Deinde platis verbis sup vinum sit ibi sanguis xpi p̄ conuersiōnē. z est ibi totus xps. **S**cōz hāc inq; opinionē que pbabilior apud multos habet. dicēdum est q; anteq; aliqd dicat sup vinū. est facta panis trāssubstātiatio in corpus christi. **A**lioquin deciperet ecclia adorādo illam hostiam in eleuatōne. **U**nde q;uis vinū deesset / facta tamē eēt illa trāssubstātiatio

Compendiū theologie

panis in corpus christi. Eadem ratione dicunt q̄ dictis verbis sup̄ vinū etiā absente pane fieret sanguis christi / et totus christus esset sub specie vini. Peccaret tamen mortaliter / qui sciēter p̄termissio altero / cōsecraret. nisi forte ab infidelibus / tempe consecratiōnis impediret. Si autem alias / et aliter defectum alicui⁹ predictorum / missa iā incepta / deprehēderet nō deberet consecrare / nisi ante platōem verborū consecratiōnis / posset defectū caute supplere. Si autē pane consecrato / vi ab infidelibus aut alijs / vel infirmitate / vinū consecrare impediret / tūc vnus / alius sacerdos / ad verba sequētia deberet incipere scilz ad ea que p̄tinēt ad consecratiōnem sanguinis / et p̄ficere. Si vero tātum deesset aqua / dicitur q̄ omittēs grauiter peccaret / et grauissime si sciēter cōsecraret / conficeret tamē. Quāuis enī aqua sit de necessitate sacramenti / nō tamen adeo est de necessitate / quin tūc sine ea fieret sacramentū in specie vini. Cui⁹ ratō et hoc habet. quia si aqua vino admisceat ad hoc q̄ inde cōficiatur oportet ita modicā esse vt absorbeat aqua a vino vt totū sit vinū / et tunc inde cōficiatur. vnde pus trāsit aq̄ in vinum q̄ inde cōficiat. Quare ergo et hoc vino non cōmixto sicut ex illo mixto cum eiusdē speciei sint / confici nō possit non video. Verūtamen decretū quoddā de consecra. distin. ij. videt velle cōtrariū. vbi apparatus dicit / q̄ fm aliquoz opinionē / in predicto casu nō fit consecratiō.

z ¶ In secundo casu. vtz scilicet de pane si lignoso possit confici. dicit q̄ non. Si cut enī non potest baptisari nisi in aqua. immo mersione facta in vino ceteris etiā omnibus alijs rite seruatis. nō est baptisatum. Sic propter institutiōem primariā huius sacramti / que statuit fieri in pane triticeo / nō potest cōfici de pane alio. Sz quid si tritico fuerit siligo admixta. Dic q̄ dūmodo maior ps sit frumentū / sufficit. Et dico maiore p̄tem in quantitate et virtute. vt scilicet a frumēto absorbeat quicqd est ibi de nō frumēto. alioquin nō esset panis triticeus. et p̄inde in eo cōfici non posset. ¶ In tertio casu quando scilz conficit de pane fermentato sicut conficiūt greci. dicunt fere omēs / q̄ non sine graui peccato p̄fici de fermentato. Quia tamen fermenti admixtio / speciem et virtu-

tem fermenti siue panis triticei non destruit. dicunt q̄ si conficit de fermentato / q̄ cōsecratum est. Et ponunt exēplum de baptismo. qui debet fieri in pura aqua. et tamen fm eos si aliqd de alio liquore admisceat / quod possit ab aqua omnino absorberi. et ita aliquis baptisatus fuerit. q̄ vere baptisatus est. eo q̄ adhuc remaneat aqua in specie et virtute sua. Secundum tamen Duguelinū in apparatu suo. qui de fermentato conficit nihil agit. Prior tamē opinio est probabilior. ¶ In quarto casu dicit a magnis. q̄ ex quo tam modicum apponitur de vino / vt omnino ab aqua absorbeat. cum aqua tūc magis colorata dici debeat et sit q̄ vinum / et de aq̄ confici non possit / p̄ consequēs nec de tali mixtura confici poterit. Unde fm istorum opinionē / illi nō conficiūt qui pannum lineū in vino intinctum / per totum annū cōseruant / et in tempe sacrificij / particulam eius in aqua calicis abluūt. vt legitur de consecra. distinct. secūda. ca. Cū omne. Opinio quorundā decretistarum tenet cōtrarium scilz q̄ conficiat cum vino ab aqua absorpto. sicut recitat magister Sal. in summa. ¶ Quoad quintum vero / scilz an sine aqua possit confici. et quātum sit apponendū de aqua patet p̄ antedicta respōdendo ad primum / et ad hoc precedens. scilicet q̄ tam modicū vt a vino absorberi possit. ¶ Ad sextum autē in quo querit an panis trāsseat in carnem sanguinē. animā. et deitatem. et similiter vinum. Dicēdū q̄ totus christus est sub vtraq̄ specie. sed tamen tantū panis trāsit in carnem christi et vinū in sanguinem. Sed quia totus christus inseparabilis est ideo sub specie panis est caro p̄ conuersionem et transsubstantiatiōem. et sanguis et anima et deitas p̄ cōcomitantiā. eo q̄ caro eius sine sanguine anima et deitate nūq̄ sit. virtute enim verborū est principaliter ibi caro et consequēter cetera omnia xp̄i. Unde christus totus est ibi verborū virtute. sed tamen caro principaliter et cetera consequēter. Et sub specie vini tātum est sanguis christi p̄ conuersionē et transsubstantiatiōem. reliqua autē christi omnia p̄ cōcomitantiā. ¶ Ad septimū vero quo querit an aqua transeat in sanguinem vt tantum in vinū. dupliciter respondet fm duplicem opinionē. Ponit enim quedā

opinio q̄ aqua non transeat in sanguinē christi verum. sed tantū est ibi ad signifi-
candum populū s̄m q̄ dicit̄ de consecra-
disti. ij. ca. Cum om̄e. Cum in calice chri-
sti aqua vino misceat̄ christo populus ad-
unat̄ id est adunari signatur. Et illa opinio
cui magis credere possum/ponit q̄ aqua
transit in sanguinē. sed hoc cum pus est a
vino absorpta et ita verum est quod amo-
do q̄ aqua nō transit in sanguinē scilicet
immediate. quia nō transit nisi prius sit
absorpta a vino et quasi facta vinū. et sic
nō contradicit priori opinioni. Ad vl-
timū scilicet an de aliquo alio liquore lice-
ret conficere. Dic q̄ nō. Sed nūquid con-
fici possit in agresta? Item nūquid de ace-
to? Ad primū istorum dic q̄ nō. nisi tūc
cum visibiliter in ipso aspectu incepit vi-
num apparere. et gustus iudicet vinū esse
vel vini saporem habere. Ad secundū isto-
rum dicendum. q̄ si acetū fuit de vino. tūc
potest de eo confici. aliter nō. quibus ego
non credo. eo q̄ (vt vult philosophus in
metaphisica sua) acetū non est vinū. neq̄
potest fieri vinū. et ideo de aceto nō potest
fieri confectō. sed de vino acido potest. li-
cet nō sit tutum de vino acido cōficere. p̄-
pter reuerentiā sacramēti. Et ita sentiunt
doctores theologi. priori verō consenti-
unt quidam decretiste.

Que sit forma ver- borū precisa in sacramēto eucharistie.

Prima autem verborū que pri-
nent ad consecratōnem hec est.
Hoc est corpus meum. et nihil
amplius. vt volūt fere omnes.
Enim additur. Accipite et comedite ad
vsum p̄inet sacramēti et nō ad cōfectōem
et ideo non dicit̄ esse de forma. Hec etiam
est forma verborū in consecratōne sangui-
nis. Hic est calix sanguinis mei. noui et
eterni testam̄ti. mysteriū fidei. qui pro vo-
bis et pro multis effundet̄ in remissionē
peccatorū. Unde q̄uis nō legant̄ omnia
verba hec seriatim in euāgelio. credendum
tamē est q̄ illa habeat ecclesia ex speciali tra-
ditione domini. Qd̄ patet ex verbis apo-
stoli p̄ime ad corin. xi. cap. Ego enī acce-
pi a dño quod et tradidi vobis q̄ dñs rē.
Et quia forma verborū illorum/vehemē-
ter impressa fuit cordibus discipulorū/ et
in quotidiano vsu/ideo non est adeo dili-

genter ab apostolis scriptum/sicut fuit a
christo factum et dictum. vt videt̄ velle da-
masenus. Sed tunc queres an solis
his verbis possit nunc confici. non addi-
tis oratiōibus precedētib⁹? Item an im-
mutata in aliquo ista forma possit v̄bis
illis confici corpus christi. vtpotesi ad-
dere aliquid vel minuerē. vel mutare.
vel corruptiue pronūciaretur? Ad pri-
mū dicitur s̄m multos et magnos/q̄ pos-
sit confici solis illis verbis dñi prolatis
a sacerdote. tamen et cū apparatu cōueni-
ente. s̄m constitutiōem apostolorū et eccle-
sie. Cum his solis verbis in primaria in-
stitutiōe. facta benedictiōe hoc sacramē-
tum cōplete consecratū sit. Quod confir-
mare videt̄ sententia alberti in suo lib de
sacramentis qui ait. Quomodo potest q̄
panis est/corpus christi esse. Confectiōe
quidē verbis et sermonibus dñi Iesu. Nā
per omnia alia que dicuntur/laus deo defer-
tur. Verū tamen grauissime peccaret qui
aliter faceret. etiā in quacūq̄ necessitate.
hoc est qui verba precedētia sciēter omit-
teret. Et q̄ hoc sacramentū nō est simpli-
cis necessitatis. vnde sic nō poss; eum ne-
cessitas excusare. Alij estimant q̄ sine pre-
cedētib⁹ que dicuntur in secreto misse/non
fieret confectō. Et hoc propter statutum
ecclesie. Primū tamen videt̄ aliquib⁹ ve-
rius. In secūdo casu supra posito pri-
cipali distinguit̄. q̄ in tali trāsmutatiōe
vel corruptiōe verborū/aut intendit̄ he-
resis aut non. Si sic creditur q̄ illis ver-
bis nō cōficiatur vt supius est dictū in cō-
simili de baptisimo. Si autē nō intēditur
heresis. adhuc distinguitur. q̄ aut tali fa-
cta mutatiōe seu corruptiōe vel additiōe/
stat adhuc sufficiēter sensus verborū. aut
nō. Si nō stat. creditur q̄ nō cōficiatur.
vt si dicatur. Nō est hoc corp⁹ meū. vel B
est corp⁹ meū sc; thome vel hmōi. Si autē
sensus v̄borū stat. creditur q̄ platis v̄bis
q̄cūq̄ etiā trāspōitiōe vel corruptiōe/etiā
in quocūq̄ vulgari fiat/cōficiatur sac̄m
qm̄ (vt dicit huguelin⁹) nō multū curan-
dū est de mō s̄monis/dū mō res itēgra sit
Aliq̄ videt̄ur oppositū sentire. q̄s tm̄ vi-
det̄ mouere statutū eccle. q̄ nec addendo
vel minuēdo nec trāspōnēdo pmittūt ir-
ritare. (sacramenti eucharistie)

Quis sit effectus

Compendiū theologie

Effectus autē hui⁹ sacri ponit̄ duplex fm̄ magistrū in sententijs. Scdm̄ ipm̄ enī duo efficit scilicet charitatis augmentū. et infirmitatis hoc est venialis peccati diminutionē. Possunt et aliū assignari hui⁹ sacramti effectus iuxta eius supra tactas et declaratas utilitates. Hos autē effect⁹ seu utilitates/ibi recitat. qz isti sunt notabiliores. **S**ed ex quo ponit̄ q̄ valet ad diminutionē venialiu⁹. **Q**ueres an e.⁹ sumptio/in aliquo casu debeat omnia venialia. **I**tē an in aliquo casu valeat ad deletiōez peccati mortalis. **I**tē an si debeat veniale debeat ei debitas penas. **A**d primū dicit̄ fm̄ illos qui dicūt. **S**ine veniali non possit hic quis viuere. q̄ nūq̄ delet omne veniale quin aliqd̄ relinquat. **S**emp enī relinquit in aīma minor amor dei q̄ esse debeat. **E**o q̄ in via fm̄ Augusti. nō impleat̄ ex toto hoc preceptū. **D**iliges dñm deum tuū ex toto corde tuo etc. **E**t minor amor dei est peccatū veniale fm̄ Augusti.

Ad scdm̄ scilicet an debeat mortale peccatū. dicit̄ q̄ nō. qz istud sacramtū non ordinat̄ cōtra mortale peccatū. **A**um enī triplex sit culpa. scz originalis cōtra quā specialr̄ baptismus ordinat̄. et actualis. q̄ duplex est. scz mortalis cōtra quā specialr̄ liter ordinat̄ penitentia. et venialis cōtra quā ordinat̄ eucharistia. **P**ater q̄ de se tātum veniale delet. **A**d tertiū dicit̄ q̄ delect veniale. et penā ei debitā. hoc tñ intellige fm̄ magis et min⁹. fm̄ scz q̄ magis aut minus afficit̄ conficiēs vel recipiēs hoc sacramtū ad mortē et ad passionem christi. que in ipsius eucharistie sacramento representātur.

Aliqua de vero corpore christi.

Hic breuiter tangunt̄ aliqua de ipso corpore christi. **P**rimo scilicet qualiter post fractionem factam in speciebus panis/ totus christus sit sub qualibet particula. qui prius totus fuit sub tota hostia. **I**tem an corp⁹ christi ventrem intret. etsi sic/ q̄ diu ibi existat.

Ad intelligendū autē qualiter tot⁹ christus est sub qualibet parte hostie qui prius fuit totus sub tota hostia. datur aliquale exemplū de speculo. **I**n speculo enī integro/ apparet vnica imago scz inspicietis.

si tamē sit solus vnus inspicies. fracto autem speculo. in qualibet parte fractionis/ eadem apparebit imago. si tamē inspicies easdem particulas inspiciat. **I**ta xps̄ q̄ est imago dei patris/ sub hostia integra tot⁹ est. et post fractionē hostie/ imago eadem/ idemq̄ xps̄/ sub qualibet fractionū particula remanet. **A**d scdm̄ scilicet vtz in ventrem vadat. **D**icit̄ fm̄ quosdā q̄ dum est in ore adhuc presens est sub illis speciebus sed statim cū glutitur corpus christi transit in mentē. et species ille panis et vini in ventrē. **A**lii quibus magis credendū est dicunt q̄ intrat in ventrē. et ibi tam diu remanet q̄ diu species ille sunt incorrupte. et cum species desinūt ibi esse panis et vini/ desinit etiā ibi esse caro et sanguis christi. **Q**uod etiā cōtingeret in p̄tate si per diutinā conseruationem corrūperetur et p̄irent ille species. **N**ec obstat verbū Augustini q̄ videtur mouere eos q̄ sunt in priore opinione. scilicet q̄ q̄ diu est in ore/ tandiū est in mēte. nec datur in secessum. sed rapitur in excessum. **P**er hoc enī non negat Augustinus quin vadat in ventrem. sed negat q̄ traiciat̄ in alimentū corporis et q̄ digeratur in stomacho. et q̄ pars trahatur ad ep̄ar. et formetur in sanguinem quo restaurēt̄ur deperdita corporis. et ps̄ impuri⁹ in secessum vadat. sicut est videre in cibo corporali. **N**ec enim nefas esset dicere. immo etiā cum assensione cogitare.

De qualitate seu conditione recipientium.

Unc de conditione recipientium restat aliquid tangendum. **A**t primo querit̄. **A**n possit sumi ab illo q̄ est in peccato mortali. **E**t an debeat hoc sacramtū in aliquo casu existenti in peccato mortali dari. **I**tem an existenti in peccato mortali/ possit loco eucharistie dari hostia nō consecrata. **I**tem an possit sumi ab eo qui nocturna illusionē pollutus est. **E**t an a mēstruata. **I**tem an ab eo qui nocte precedentē cognouit uxorem suā/ die receptionis. **I**tem querit̄ quare nō datur eucharistia populo sub vtraq̄ specie. **R**ñdēt̄ in p̄mo casu et dō q̄ aut aliq̄s scit se eē i peccato mortali an nō. **S**i scit. peccat mortali sumendo

nec debet aliquo modo sumere. Si non scit se esse in peccato mortali / sit tamē sed post sufficiēs conscientie sue scrutinium hoc dephendere nō pōt. z tūc sumere potest. nec peccat si sumat. **A**n autē debeat erūti in pctō mortali dari si petat. **D**istingue. qz aut ille q̄ petit est in mortali p̄bli co aut in occulto. Si in occulto q̄uis illō certissime sciat sacerdos / petēti tamen in publico debet dari. Alioquin peccatū secretū publicaret. quod fieri nō debet. Si autem petat in secreto verare potest sacerdos z debet. Si autē sit in peccato mortali publico. tūc publice negare d̄z. vt publicis meretricibz. z histrionibz. z huiusmodi. petētibz z nō perentibz. quibz negare debet. vt plene dicit canon de cōf. di. ij.

De hoc autē qd̄ scdo querit̄ scz. **A**n existenti in peccato mortali debeat dari simplex hostia loco eucharistie. **D**icunt maiores q̄ nō. tum qz hoc nō videt̄ deus facto suo approbare. immo contrariū. Nam corpus suū dedit inde. quē sciebat esse in mortali peccato. tum quia nescit an visitauerit eū dominus. quia nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. tum quia simulatio talis / esset ei cui daretur inutilis. **E**t quo enī corpus xp̄i petit. per eum nō stat quin accipiat. et sic equaliter peccat. **S**ecus si expresse peteret sibi hostiā non consecratā dari. tunc enim ei dare posset. ita tamē q̄ illa hostia seorsum poneret a cōsecratā / ne ecclesia deciperet / dando ei nō consecratā. ac si consecrata foret. **P**ropter quā etiam causam reprobat̄ cōsciū sibi mortalis criminis. simulās se cōficere vbi nō conficit. **E**t habet̄ extra de missa. celeb. ca. ab homie. **A**d tertū quo scz querit̄. **A**n pollutio nocturna impediāt sumptōem. **R**espōdet̄ aut quia venit pollutio ex supfluitate humor. v̄l ex infirmitate nature. vel ex illusiōe diabolica. z tūc nullus dicit̄ ibi esse reatus culpe / nec cogitur q̄s propter talem pollutiōem abstinere a ministerio altaris. vel a sumptōne eucharistie. **E**t dico notāter nō cogit̄. qz causa reuerētie a tali celebratiōe aut sumptione abstinere laudabile est. **S**i autem cōtingat dicta pollutio nocturna ex crapula. vel ex aliqua fede delectatiōnis p̄meditatōne. tunc si potest fieri sine scandalo debet abstinere. nisi necessitas cogat. vt pote vbi alius qui celebrat nō inuenitur.

Magna enī reuerentia exhiberi d̄z sumptioni. etsi fieri potest / multo maior cōsecrationi. **C**eterz menstruata nō est arcēda a p̄muniōne. eo q̄ passio sit. z pena sit hoc pati. z nō culpa. **E**t propter penā q̄s arcendus nō est. **A**d aliō sequēs quod est quartū. **A**n scilicet ab eo qui nocte precedēt cognouit v̄torē suā / suscipi possit eucharistia. **D**icitur q̄ reddens debitū propter fidem thori et iusticiā / vel etiam exigens propter bonū prolis. nō debet p̄hiberi a cōmuniōe. sed suo iudicio est circa hoc relinquendus. **A**n velit scilicet abstinere ex humilitate. vel accipere ex deuotiōne. **S**ecus autem est si ex infirmitate carnis hoc exigat. quia iste monendus est ne accipiat. et nō est suo iudicio quo ad hoc relinquendus. **S**i autē omnibz modis ex deuotiōne se ingerat / nō est prohibendus. **H**oc etiā seruandum est respectu quinti. q̄ die scilicet cōmunicatiōnis / causa reuerentie nullo modo reddēdum est debitū. nisi alter coniugū instanter petat. **S**i etiā aliter reddat. vel etiam si petat peccat quidē sed nō mortaliter. **A**d vltimum q̄o scilicet sextum quare non datur populo sub v̄traqz specie. **D**icit̄ q̄ triplex est ratio. **U**na quia nō legitur **C**hristus / corpus suum sanguini intinctū prebuisse. **N**ec est contrariū de iuda cui videtur dominus intinctum panem porrexisse. **Q**uia s̄m **A**ugustinū prius verū corpus dedit. z postea panem vsualem intinctū. **A**lia causa est imminēs piculuz. quia scilicet facilius caderet gutta sanguinis. q̄ mica hostie. quia in hostia pres coherent sibi. non sicut in sanguine. **T**ertia causa est precedens signum. quia in lege qua in sacrificijs offerrebant libamina. de libamine nihil habebant offerentes. sed sacerdotes tantū. licet de alijs haberent. **E**t ergo cōgruat veritas signo / non datur populo eucharistia cum sanguine.

De qualitate seu conditione ministri sacramēti.

Ultimo restat dicere de ministro scilicet quis possit consecrare. **E**t scias q̄ habens ordinem sacerdotalem z solus talis / p̄t cōsecrare eucharistiā. z corpus xp̄i cōficere. **Q**uāto z si male vite fuerit z hereticus d̄z

Compendiū theologie

modo formā ecclesie teneat. et interōez ha beat cōsecrādi. cōficere p̄t corp⁹ xpi. q̄uis magister ī sentētijs videatur sentire p̄riū nisi intelligat de his qui p̄cisi ab ecclesia nō obseruāt ritū celebrādi ab ecclesia traditum. qz tūc cōstat q̄ nō conficiūt. Nec obstat q̄ fm canones prohibet q̄ missa aut aliqua sacra recipiant ab hereticis. si moniacis. scismaticis. fornicarijs. qz per hoc nō dicit quin cōficiant. Solus ergo vt dixi h̄is ordinem sacerdotalē cōficere potest. Sed querit vtz nō ieiunus potest cōficere. Itē an post sumptōem medicinaliū vel potū aque. Itē si nō debito loco. vtpote in altari nō consecrato. vel sup terrā vbi nō est altare. vel sine sacris vestibus possit celebrari. Ad primū dicēdū est q̄ propter institutōem ecclesie aplice peccat mortaliter. qui p̄asus celebrat. cōficit tamē dūmodo intentōnē habeat seruandī formā et debitā materiā. Qd autē a ieiuno cōficiat nō est de sacramēti eētia.

Ad scōm dicit q̄ p̄ medicinaliū sumptionē vel etiā potū aque nō est celebrā dum. eo q̄ om̄is cib⁹ quē vsualiter cibū vocamus. hoc est q̄ trāsīt in ventrē. si nō couertat̄ in corpus. frangit ieiuniū. et impedit celebratōem. In sup h̄mōi medicinalia in hoc impediūt. qz frequēter inducunt abominatiōem. Si tamen isti de facto cōfecerint. consecratū est. sed grauiter peccāt. In. iij. articulo siue casu dicit q̄ huiusmodi. si tamē habēt intentōem cōficiendī cōficiūt. sed mortalissime scz qui in nō debito loco vel sine sacris vestibus celebrat. Et si possz inuēiri. foret de ḡdā?

De sacramēto penitentie et p̄nētib⁹ ad ipsum.

Quoniam de sacramēto penitentie sufficienter in summa Raymūdi tractat̄. que passim ap̄d fratres habet̄. ideo pauca hic de hoc penitētiē sacramēto dicēda sunt. Et primo de ipso sacramēto in genere aliq̄ dicant̄. Secundo aliqua de eius p̄tib⁹ tangāt̄. In genere ergo prius vidēdūz venit. Quid est penitētia. Quot et que ei⁹ species. Quid in ea sit sacramētū. Et qd res. Et quis sit eius effect⁹. An necesse sit q̄ fiat in caritate et volūtariē. Et an quis possit pro vno peccato mortali penitere. nō penitendo de om̄ibus. An penitentiā

pro se factam teneat quis dum qualuerit iterum facere. An penitētiē hic diminute a cōfessore iniūcte. sup addet deus qd̄ de est in purgatorio. Que sunt penitētiē regulares et canonicę. Et quare pro peccato mortali teneat quis ad septennē penitentiā. An penitētiē sint arbitrarie. Quis sit minister in hoc sacramēto.

Quid est penitentiā in generali.

Et autē penitētia fm Ambro. mala p̄terita plangere et iterum plangēda nō p̄mittere. i. nō habere p̄positum iterū cōmittendi. Et nota q̄ fm magist̄ in li. iij. sentētiarū. est penitētia interior scz cōtritiō. et exterior scz cōfessio et satisfactio. Interior p̄o penitētia quodāmodo radicalit̄ omnis penitētia est. Ipse enī dolor ererit se in ore p̄ confessionē ererit etiā se in ope p̄ satisfactōem. Et hec interior penitētia id est cōtritiō. habet specialit̄ fm Ambros. quia ipsa principaliter est penitētia radicaliterqz omnis penitētia.

Quot et que sint penitentie species.

Distinguit̄ at tres species penitentie. scilz solēnis que fit in capite ieiuniū cū illa solēnitare de q̄ habet̄ de penitētia dist. v. ca. In capite. Item publica cū iniungit̄ scilz alicui pegrinatio per mūdum cū baculo cubitali. et cum aliqua veste religio sa. tali penitētiē apta. Item priuata. que quotidie imponit̄ his qui secreti⁹ sua cōfitētur peccata. Cetera circa hec. quere in summa Raymūdi titu. de penitentijs.

Quid in penitentiā sit res et quid sacramētum et decius effectū.

Quid autē in ea sit res. et quid sacramētū. Dicitur q̄ sicut in sacramēto eucharistie species panis et vini sunt sacramētū gemine rei. scilz corpis Christi veri et mystici. ita hic confessio et satisfactio sunt sacramētū contritiōnis et remissionis peccati. Unde virtute contritiōnis efficiūt quod figurat̄ scilz remissionē peccati. Sic ergo intelligendo patet q̄ cōtritiō diuersis

respectibus / et res est. et sacramentū. Res scilicet confessionis et satisfactio: que sunt eius sacramentū. Et sacramentū remissionis peccati quod est eius res. Et quo in preceptis quis sit effectus penitētie. scilicet remissio peccatorum. et commutatio pene eterne in tēpale. Et ex consequenti collatio vite eterne.

An quis possit de vno peccato penitere et non penitēdo de oib.

H autē existēs in vno mortali peccato possit agere penitētiā fructuosam de alijs. Prius est inquirendū. Et dic qd nō. Quia etiā am apud hoies remanētibus in inimicitijs nō recipit satisfactio ledentis. Unde cum retento vno mortali peccato inimic⁹ dei fiat peccator et ab eo auersus / patz qd vale re non p̄t penitētia pro plurib⁹ commissis. vno tantū retento. qz in illo vno inimicatur deo. Et hoc satis clamat ap̄ls. i. ad corin. xij. dicens. Si habuero p̄phetiā et c. et corpus meū tradidero ita vt ardeā. charitatem autē non habuero / nihil mihi prodest. Vñ opinio que in. iij. sentētiarū ponit contrariū / manifeste heretica est. **S**i iuxta hoc q̄ras an oporteat qd penitētia sit volūtaria ad hoc qd satisfaciatur. Dic qd sic. Distingue tū qd aliqd dicat volūtariū dupl̄r. Aut p̄pter se. vt sanū esse / est volūtariū p̄pter se. i. p̄pter ip̄am sanitatē. qz enī bonū est sanū esse. ideo sanari volo. Aut p̄pter aliud scilicet p̄pter bonū exinde se quēs. sicut secari volūtariū est. non qdē p̄pter se sed p̄pter p̄sequētem sanitatē. Sic ad p̄positū dico penā que est in penitētia oportere volūtariā eē. non qdē p̄pter se. qz null⁹ p̄pter se. i. p̄pter ip̄am penitētiā vel penā / eā vult aut libenter accipit. sed bene ex consequēti scilicet p̄pter salutē anime consequendam.

An penitentiam p se factā / teneat hō dū conualuerit iterare.

Quēz cū querit an penitētiā p alios factā / teneat qd dū conualuerit iterum facere. Puta egrot⁹ aliq⁹ dū adhuc san⁹ erat. penitētiā cōdignā suscepit a sacerdote. Deinde de vita sua desperās. ip̄am amicis ip̄onit qd eā pagūt anteq̄ plene cōualuerit. Querit vtrū iste post suā cōualentiā / ad penitētiā iniunctā sic p̄ amicos suos pactā / te

neat. Rñdēf. qd qz p̄t apud talē dubiū esse vtz illi sui amici / ipsant penitētiā ex charitate fecerint. que talis nō sufficeret. Insuper qz nō tam efficaciter satisfaciē penitētia ab alijs facta. sicut illa qd ab ip̄omet penitēte fit. Ideo secuz est qd iste de ea iterū satisfaciatur. postq̄ fuerit redditus sanitati. Imo et eā facere tenet. ne incertō se discrimini cōmittat. Et expedit qdē. qm̄ si prior penitētia per alios facta satisfecit pro culpa secunda / quā ip̄se faciet. cederet ei in augmentum glorie.

An penitentie diminute adder de⁹ in purgatorio qd deest

Sequenti vero articulo q̄stiois scilicet An penitētie diminute in statu adder de⁹ qd deest in purgatorio. Dicit magister in li. sentētiarū qd sic. Aut enī. Si interior penitētia scilicet p̄tritus in vindictā peccati nō sufficit nec exterior penitētia hic implet. De⁹ qd modus et mēsuras peccatorū nouit. penā sufficientē addet. Vñ qm̄ cōdignā penā nō iniūgit sacerdos vel si iniūgit. nō tū implet nō absoluit penitēs a cōdignā vel tota pena corrūdente. s. a tāta. s. quātā facit hic. Vñ de tāta erit absolut⁹ nō at de residua. qn. s. in purgatorio cōpleat. Tū magnitudo cōtritionis et feruor implēdi qd iniūgitur / multū poterit facere ad hoc qd cōdignā reputet. Vñ dicit hugo de sancto vict. lib. suo de sacris. Sepe qd min⁹ foris agitur / efficacit⁹ intus opat. In aliq̄ enī opere apparentia exteriori / maḡ pōt deuotō esse.

Que sunt penitentie canonice et quare pro peccato mortali

agi debet penitentia septennalis.

Que autē penitētie canonice sint et hoc accipe. qd regularit⁹ p peccato mortali debz agi septēnis penitētia. vt d̄t Canō. xxxij. q. ij. Qui dicitur multiplex ponit rō p̄ter eā quā ponit canō de Maria. s. sorore moisi que iubet excludi p septē dies extra castra. Videlicet p̄pter septēplicē grām sp̄scti recuperandā quā peccādo pdidim⁹. Itē p̄pter septēplicē cōcursum peccatorū. quia vno peccato p̄perato / cōcurrūt omnia septem capitalia. s. m̄ opinionē dicentiū qd habito vno habentur omnia. Iuxta illō pro sexdecim. septemdecim nequicie in

corde eius. Item propter recuperationē se-
ptem dotū. qz p penitentiā septem dotes
recupamus. quattuor scz corporis. 7 tres
anime. De quibus supra in fine tractat^r de
symbolo fidei. in declaratiōe scz duodeci-
mi articuli. Item propter recuperationē se-
ptem illoz ex quibz cōstat homo scz quat-
tuor elemētōz. quo ad corpus. 7 triū vi-
rium scz rationalis irascibilis 7 concupisci-
bilis quo ad spiritū. Pro enormitate ta-
men criminis debet quādoqz maior penitē-
tia qz septēnis infligi. De qua materia re-
quire i summa Raymūdi ti. de penitētia.

Utrum penitētie sunt arbitrarie vel non.

Utrum etiā penitentie arbitra-
rie sint nec ne. Et qualiter sic 7 q̄
liter nō. Dicit idē Raymūdus
eodē titulo de penitētia. Nota
tamē circa hoc duplex ē opinio. Una po-
nit qz omnes penitētie arbitrarie sunt. id ē
quā in voluntate sacerdotis est / dare. vel
plus vel minus. 7 hoc ex potestate vi cla-
uium. Et huic opinioni fere omnes p̄fesso-
res innituntur. Alia ponit qz ita arbitrarie
sunt qz sacerdotū est iudicare de omnibz
circūstantijs contingentibz. 7 tamē a cano-
nibus nō recedere. id est a penitētijs / a ca-
none iniunctis. Consideratis enī circūstā-
tijs si grauiōres fuerint penā canonicam
aggrauāre possunt. Si vero leuiōres fue-
rint / sic scz qz factū diminuāt. tūc de pena
canonica poterunt diminuerē. Et hec est
opinio securior.

Quis sit idoneus minister in sacramento penitentie.

Minister autē huius sacramen-
ti est sacerdos. Nā solis sacerdo-
tibus dedit dñs p̄tatem ligandi
7 soluendi. Et licet quilibet sa-
cerdos ex vi ordinis / huius sacramēti mi-
nister sit. nō tamē cui libet sacerdoti indi-
stincte p̄missum est ista p̄tate vti. imō re-
spectu aliquoz est h̄mōi p̄tās ligata. Ut
tangit Raymūdus in summa sua ti. de pe-
nitētia di. ij. q̄ est de p̄fessione. pag. tenet
penitēs. Et pluribus pagraphis sequēti-
bus vsqz in finē dicte secūde distinctiōis
Et infra aliq̄liter etiā tanget vbi de ipsa
confessione agetur.

De partibus sacra- menti penitentie in generali.

Unc ad p̄tes penitētie attēde-
dum est qz sunt tres. scz triplex
p̄ctm. cordis. oris. 7 opis. Vel
scz triplex allecitiuz ad p̄ctm
scilz cōcupiscentiā carnis. cōcupiscentiā
oculoz. 7 supbiā vite. Et sunt iste cōtritō
p̄fessio 7 satisfactio. Hec est triplex dicta:
qua deuenit in celū. De qua ero. ij. vbi
mus viā triū diez. 7c. De prima. scz de con-
tritione tangendū est p̄io qd sit. An do-
lor minim⁹ sufficiat ad hoc qz quis virtu-
tem habeat cōtritōis. An oporteat p̄tri-
tionē cum tota vita protendi?

De prima parte pe- nitentie. Quid sit contritio.

Diffinitur autē contritio ab ali-
quibz sic. Contritio ē dolor vo-
luntari⁹ pro peccatis. semp in
se puniens qd dolet admisisse.
Que diffinitio licet generalit^r penitentie
cōuenire videat. tamē maxime cōuenit p̄-
pter contritionē. In contritione enī / esse ip-
sius penitētie maxime saluat. eo qz oportet
semp illā actu cū penitētia esse. Alias
autē partes penitētie in casu sufficit vt as-
sint fm votū 7 voluntatē. Diffinit etiā
7 ab alijs sic. Contritio est dolor pro pec-
catis assumptus cū p̄posito confitēdi 7 sa-
tisfaciēdi. Quoniā nisi assit p̄positū con-
fitēdi 7 satisfaciēdi non est contritio. sed
poti⁹ attritio nominatur. Et si obijcias qz
in valida p̄tritione deletur culpa 7 pena.
Unde cū confessio 7 satisfactio pene sint.
tam intēsa poterit eē p̄tritio. qz neqz oportet
ut adesse confessionē neqz satisfactionē.
Ad quod dici potest qz nemo nouit se ta-
lem p̄tritionē habere q̄ delere possit vtrū-
qz. Unde vt non p̄mittat se q̄s discrimi-
ni. oportet qz quis habeat validā p̄tritio-
nem. habeat nihilomin⁹ p̄positū p̄fitēdi
7 satisfaciēdi. maxime cū ista sint in p̄ce-
pto ecclesie. 7 non parere p̄cepto / trāsgres-
sio 7 peccatū mortale sit. Hoc tamē scito
qz p̄tritio sola in articulo mortis vbi non
apparet cui possit fieri p̄fessio / sufficit ad
salutē. sed quoniā incertū est vtrū tūc con-
tritio possit haberi. stultum est illud tem-
pus expectare. et tanto se discrimini refer-
uare.

An minimus dolor

sufficiat ad habendum virtutem contritionis.

Adolor minimus possit esse contritio vel sufficiat ad deletiōem culpe precipue cum dicatur **Tre no. ij.** Magna velut mare contritio tua dubitari potest. Sed dicitur magistri quod minimus dolor sufficit ad deletiōem culpe dummodo informat fuerit charitate. ut pote qui ererat a se propositum confitendi et satisfaciendi. quia talis dolor contritio dicitur. Est ergo talis dolor contritio minima. et hec delet tamen culpam et reatum seu debitum pene eterne. Qui si maior fuerit delet partem pene temporalis debite. Si vero maximus fuerit totam penam et totam culpam delet. Que autem talis sit nescio. deus scit. Et dicitur magna vel maior vel maxima contritio finem quod ad maiorem dolorem mouetur. Et quod proxi sumus ad dolorem minore debito qui non liberat a gehenna. Et quod per maiorem dolorem euacuat culpa et tota pena. hinc contritio dicitur minor et maior et maxima. **S**ed nunc quid oportet quod tantus sit dolor vel pigentia ut nollet homo pro toto mundo vel pro vita obseruanda ite mortaliter peccare. Plane dicitur quod sic. eo quod minus bonum semper debet velle amittere ne maius amittat. Deus enim in infinitum maius bonum est toto mundo. qui tamen amittitur in mortali peccato. Unde si penitens profiteatur se esse in tali proposito amplectendus est quia bene validam habet contritionem. Si autem profiteatur se in ambiguo esse utrum cederet vel sustineret mortem antequam peccaret mortaliter ad huc fouendus est non abiectus. Sufficit enim aliquo modo istud ambiguum. Et quod nullus certus est utrum cederet vel sustineret. Ut dicit Augustinus in libro de virginitate. Sed si ex deliberata conscientia dicat se certum esse quod prius peccaret quam cederet toti mundo. vel mortem patere. Istum dicitur non esse contritum. nec ullam recipere remissionem peccatorum. Et quod nullam habet contritionem. Hanc tamen quantitatem contritionis non debet confessor erigere ut coram se confiteatur penitens. Sed per signa debet eam in ipso supponere. Si ita tamen de facto profiteatur tenendum est quod dicitur

An contritione oportet cum tota vita protendi.

teat cum tota vita protendi.

De excessione contritionis utrum videlicet oporteat ipsam cum tota vita protendi maxime cum medicina non predaat ultra morbum dubitari potest. Sed dicitur quod dolor contritionis non finitur nec finiri debet in hac vita. imo sicut infinita est offensa in peccando. quia in deum quod est infinitus. ita erigitur ut dolor de offensa per modo possibili sit infinitus. ut scilicet eternitatem saltem virtutis hominis habeat. cum eternitatem simpliciter habere non possit. Et quod nemo sit qui semper viuat. Hoc est si in eternum in hac vita viueret in eternum de peccato dolere deberet. Insuper morbus peccati quod uis euacuatus sit quantum ad culpam et reatum semper tamen manet et manere debet quantum ad detestacionem in memoriam perpetrati delicti. ut dicit Hugo de sancto Victore. Cum quod morbo protendit dolor ut eius medicina. qui non est curas morbum preteritum. sed preseruans a futuro. **D**e effectu vero contritionis. et an in contritione deleatur peccatum antequam deueniat ad confessionem. inuenies in summa Raymundi titulo de penitentia distinctio. i. que est de contritione pag. 1. Sequitur quis sit effectus. Et paragra. qualiter autem hoc sit intelligendum.

De secunda parte

penitentie scilicet de confessione in generali.

De confessione et satisfactione non est opus multa tractare eo quod diffuse de his tractetur in summa Raymundi. Nota tamen quod sit confessio. An sit necessaria ad salutem. Et an cadat sub precepto. Et sub quo. Cui facienda est. Quantum differri possit

Quid sit confessio

in speciali.

Diffinit autem sic confessio. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio. Dicitur in ista diffinitione peccatorum declaratio. contra illos qui peccata sua celando vel ea excusando occultant. Dicitur peccatorum contra eos qui recitant bona sua in confessione. vel qui confitentur per abnegationem peccatorum. ut non sum adulter. non sum homicida et huiusmodi. Dicitur coram sacerdote. scilicet qui clauem habet et potestatem soluendi. non coram quolibet

Compendiū theologie

de populo. poterit tamen in necessitate. vt in piculo mortis/ coram nō sacerdote fieri. Legitima dicit quod importat omnes cōditōnes que exiguntur ad verā confessionē. quas querere in summa Raymundi titu. de pe. distinct. ij. que est de cōfessione pagra. sequit que sunt necessaria ad veram confessionem.

An confessio sit necessaria ad salutem:

Propter eos qui dicunt cōfessionem nō esse necessariā ad salutem/ eo q nō cadat sub aliquo precepto diuino. Ut pater discurrendo pcepta decalogi. Etodi. xx. Notandū est z inuolabiliter obseruandū: q absq vocali cōfessione vel signo quod loco vocis sufficiat. non est salus. dūmodo cōfessor haberi possit. **Et** q dicit Amb. Non potest quis a peccato iustificari/ nisi peccatū fuerit cōfessus. Et cōcedendū est q sub precepto cadat sicut omne necessarium ad salutē. Sed attendendū est aliquid sub pcepto cadere dupliciter scilz vel principaliter explicite. vel secundario z implicite. Primo modo cōfessio non cadit sub pcepto. **Et** q nō inueniat expresse in aliquo decē mandato z seu pceptorū. Adit tamen secundario z implicite sub pcepto. z dici potest q sub illo pcepto. Honora patrē tuū z matrē tuam. Ubi precipitur honor z obediētia faciēda matri ecclie. Quia igitur ecclesia statuit z pcepit confessionē homini fieri. Et cōsequēti. in mādato illo picipi videtur. vt homi fiat confessio. Ubi autē confessio instituta sit z precipiatur ab ecclia. Requirit in summa Raymundi tit. de peni. disti. ij. que est de cōfessione pagra. Qui sit. (fessio

Qui sit faciēda cōfessio

Qui autē faciēda sit confessio. in summa pdicta Raymundi dicitur. Verū tamen breuiter dici potest q soli pprio sacerdoti est faciēda. qz ille solus habet potestātē ab soluendi suos subditos. preterqz in casibus specialibus. scz cum dñs papa vel eps in dyocesi sua/ dat proprio sacerdoti adiutores. sicut facit cū trāffert prātem suā in penitentiarios suos. vel ordinat aliqz qui predicādo/ z exemplū bone vite dan-

do/ moneāt populū z eos quos monuerint audiant z absoluant. Vel cum plebs multa est z nō sufficit proprii omnes audire. tunc pōt episcopus dare coadiutores. Sunt z alij casus. scz cum sacerdos licentiat suū subditū vt alij cōfiteatur. Et creditur q tenet licētiare in sequētib casibus subditos. Et si nō licētiauerit/ potest sub rati habitōne alicui peti. Scilz cū quis habet indiscretū sacerdotē. Item cū pbabiliter credit q reuelat confessionē suam. Item cū quis fornicatus fuerit cum filia sorore matre vel cōcubina proprii sacerdotis. propter qd incurrere credit ei odium si confiteat ei. Et cum pbabiliter credit q velit inclinare animū cōfidentis ad cōsensum mortalis peccati. Et cū quis occultus hereticus deprehenditur. Et fm aliquos cū propria ouem agnouerit In huiusmodi casibus peti potest licētia proprii sacerdotis. ne cōtemni videat. Et si nō dederit/ credit vel q maior ad eundem sit. vel aliquibus illorū qui a superiore suo vel dño papa potestātē absoluēdi acceperunt/ confiteri possit. Et q fatuitas indicaretur cōmittere se discrimini. pferim cum omnibus cōtradicientibus possim cauere piculum in corpe. Et fatūū esset dicere q aliquo casu tenerer sequi eū qui me vult precipitare in mente. Sūt z alij casus in quibus non oportet expectare nec adire propriū sacerdotē. Ut cū quis peccauerit in parochia alterius. vbi ratōne delicti efficitur de iurisdictione eius in cuius parochia peccauit. Et cū quis mutauerit domiciliū. z in alterius parochia habitat. Item si est vagabundus p terras. Item cū est in articulo mortis. In q casu siue habenti clauēs ligatas. siue solutas licet cōfiteri. Sed hic attende q Raymundus z alij valde magni dicunt q cum pprius sacerdos dat suo parochiano licentiā/ vbi voluerit confitēdi. oportet illū parochianum aliquē adire habentē generalē potestātē confessiones audiendi. Et q ipse pprius sacerdos parochianū suū licet possit de confitēdo alteri licētiare. Non potest tamen illū alienū sacerdotē licētiare q talem possit confessionē audire. nisi accepta ab ordinario potestate. Et tamē nos passim videmus q plebanī assumūt sibi in adiutorū multos qui nūq licētiati fuerunt ab aliquo ordinario. Unde vult

et scribit Magister. vi. de trano in summa sua de titulis. q. a iure in ordinatōe data est eis potestas absoluēdi. et hanc recipit quilibet in sui ordinatōe. Unde cū assumūtur a plebanis in adiutorū/posunt fm ipm confessiōes audire. Nam cū a iure licentiā habent. nō egēt licentiā ordinarioꝝ. **C**eterū de verbo quodā qd dicit ipse. vi. de trano ti. de penitencia

de gradibus peccatoꝝ. videlicet q. vsus contra naturā/ execrabiliū fit in meretricē. sed execrabilius in yroze. **D**ubio oritur apud magnos eo q. ipse. vi. per verbū predictū videtur velle/ q. ille vsus etiā cum yroze propria. semp mortale sit quod aliqibus nō placet. **D**icunt enī quidam q. propē necessitatē vtpote propter nimiam pinguedinē/ vel apostema vel vultus in ventre/ dum nō fieret in debito vase si cognosceret vir yrozem mō incōsueto. excusabilē vir a peccato. dūmodo causa prolis habēde hoc fieret. **E**t vocant illi vsus cōtra naturā solum quādo q. nō ea parte corpis vritur que ad generandū instituta est sed alia. **M**agister **A**lexāder de **A**les dicit q. peccat vir si yroze suā modo brutali cognoscēdo. nec necessitas excusat a toto licet dimīnuat quātitatē peccati. **U**nde grauitē peccat et vt creditur mortaliter fm ipm q. sic cognosceret/ nulla existēte necessitate. **M**agister **A**lbertus dicit q. nihil eorū que facit maritus cum yroze/ seruato vase debito/ est fm se mortale peccatū. sed potest esse signū cōcupiscētie mortalis scz quādo nō sufficit modus quē natura dēterminat. sed habēt modos brutorū animalū. nulla existēte necessitate. **U**nde fm ipm quādo alter eorū nimis pinguis est. vel quādo cōtingit yē trem mulieris apostemari vel impregnari. ita q. anteq. nō est membrū applicabile. tūc causa plis habēde. vel causa reddendi debitū. vel causa fornicatōnis vitā de/ nō est prohibendū aliter cōuenire. nisi dumtaxat vbi nulla precedēte necessitate. sed tantū ex libidine fieret. **I**stud tamē non expedit populū scire.

Quantū possit cō-

Quod differri. **Q**uāto autem differri possit confessio/ apud aliquos dubitatur. **D**icunt enim aliqui q. cō-

fessio differri potest sine peccato vsq. in tēpus dēterminatū. **E**t q. confessiōne face- re nō sic est preceptū q. oporteat quolibz tempore fieri. **S**unt q. distinguūt. **Q**uia aut ille qui peccauit/ nondū est cōtritus sed manet adhuc in mortali peccato. **A**t tūc non cōfiteri data oportunitate. sicut nō cōueri. vel non cōteri. est ei omni hora peccatū. **S**ed nō nouum peccatū. immo aggravatō prioris. **E**t q. diuturnitas sit circūstantia aggravās peccatum. **S**i autem ille q. peccauit iam p̄tritus est. **D**ic q. tenetur cōfiteri aliquādo. sed nō tunc. vl̄ tunc. **E**t ex precepto ecclie infra annū iuxta formā decretalis. **D**ñs vtriusq. **Q**uod si nō confiteat/ peccat mortaliter. propter inobediētiā factam matris ecclie. **U**nde illud preceptū de confitēdo non obligat sub pena mortal. dūmodo fiat infra tempus statutū. si tamē homo semp conteratur. **S**ed qd si ante tempus sic ad cōfitendū statutū/ contingat aliquē anteq. cōfiteatur subito mori. nec habuerit tempus cōterendi de trāsgressiōe diuini precepti. quo iubet aliquando cōfessionem facere. eo q. sit morte preuentus. **P**ura q. damnat tanq. legis diuine trāsgressor. **E**t q. in quo instāti prius fuit soluendo id est potēs soluere confessiōne. quia potuit cōfiteri vel dolere q. nō fuit cōfessus. **S**ed in vltimo instanti iā factus est trāsgressor. **H**oc tamē non intelligat de eo q. ex causa confessiōne differit. vt scz habeat confessorē discretiorē. vel alia vtili causa dūmodo diligentia apponat vt habeat.

De tertia parte

Denitentie scilicet satisfactōne. **E**t satisfactōne breuiter dicendum est. **E**t primo qd sit. **Q**ue eius partes. **A**n necesse sit ipsam fieri in charitate:

Quid sit satisfactō

Diffinitur autem sic satisfactō/ fm **G**rego. a magistro in quarto libro sentētiarū. **S**atisfacere est causas peccatorū excidere. et earū suggestiōibus aditū non indulgere. **E**t vocat causas peccati/ occasiōes alliciētes ad peccandū. **Q**uarū quedā propinque sunt peccato. **E**t he sunt in nostra p̄tate.

Compendiū theologie

I vt eas possumus amouere vel excidere. **U**t
bi gratia. **C**ena splendida/ causa propin-
qua est luxurie. vt Jerem. vi. Saturauit
eos et mechati sunt. Et hanc causam seu oc-
casionem/ possumus amouere et excidere.
Sunt et alie cause seu occasiones pecca-
ti/remotiores. que in nostra potestate non
sunt. vt puta oblatio talis cene. vel alicuius
rei delectabilis oculis cordis nostri.
vel suggestio diabolica de tali splendida
cena. Non est enim in nostra potestate arcere dya-
bolum. quin talia oculis mentis nostre of-
ferat. **O**ccasionem ergo peccatorum propin-
quos debemus excidere quia in nostra potestate sunt.
Sed occasioibus peccatorum remotiori-
bus si veniat a pre diaboli. vel carnis vel
mundi/ non debemus consentiendo aditum in-
dulgere. eo quod in nostra potestate sit eas non re-
cipere. **A**lter autem diffinit sic. **S**atisfactio
est damni/ vel iniurie illate recopensatio
secundum iudicium et ordinem iuris.

Quot et que sint

Partes satisfactionis.
Satisfactionis autem ponunt tres
partes. scilicet oratio. elemosyna. ie-
iunium. **Q**ue generaliora sunt in
satisfactione cuiuslibet peccati. **U**m enim
quis peccat/ delinquit in deum. et contra hoc
specialiter satisfacit oratio. **I**tem delinquit
in ecclesiam hoc est in proximum. et contra hoc
specialiter satisfacit elemosyna. **I**tem delinquit
in seipsum. et contra hoc specialiter facit ieiunium.
De quibus illud dicit. **B**ona est ora-
tio cum ieiunio et elemosyna.

An necesse sit con- fessione et satisfactionem fieri in caritate

Ultimo querit causa breuitatis
de confessione et satisfactione simul
vt necesse sit quod fiat in caritate.
Et an qui confitetur et satisfacit
extra caritatem. teneat iterum confiteri. et ite-
rum satisfacere. **E**t dicunt hic plures quod
vtriusque debet fieri in caritate. **E**t repeti si fi-
at extra caritatem. **A**lij circa vtriusque distin-
guunt. **E**t primo de confessione dicit quod oportet
quod fiat in caritate. ex quodam tamen conse-
quenti. ita quod oportet quod fiat illud quod sta-
tutum est ab ecclesia. **E**t oportet etiam quod dum fit
quod caritas habeatur. quia semper siue confiteamur
siue non/ nos tenemur habere carita-
tem. **E**t sic vt tactum est/ nos tenemur ex qua-

dam consequenti confiteri in caritate. **S**ed
si fiat extra caritatem non oportet (vt di-
cunt) eam repetere. sed solum satisfacere con-
fiteri quod confitendo prius facti fuerim/ id est
extra caritatem. dum tamen idem sit prior
et posterior confessor et memoria habeat pec-
catorum confitentis. **A**lioquin oportet re-
petere. quia integra debet esse confessio. **E**t
isti dicti sui ponunt rationes quod scilicet ad hoc duo
scilicet confiteri et caritatem habere/ tenemur di-
uisim. **N**am propter statutum ecclesie tenemur
confiteri siue habeamus caritatem siue non.
Et similiter tenemur habere caritatem si-
ue confiteamur siue non. **E**t ideo potest vnum
solum sine alio. **U**t gratia exempli. **S**i tene-
or ire ad ecclesiam. et cum hoc teneor tota die
esse capatus in ecclesia. **S**i vado ad ecclesiam
sine capa non oportet me iterato ire ad ec-
clesiam. sed solum satisfacere de eo quod non fui
tota die in ecclesia capatus. **C**onfinitur in
proposito. **D**e satisfactione autem dicitur quod
in satisfactione duo sunt consideranda. scilicet
ipsa solutio debiti. et ipse modus soluendi.
ita vt per datum siue factum fiat solutio de-
biti. et per modum soluendi placeat solutio.
Si autem per aliquem fiat extra caritatem so-
lutio debiti. puta pene taxate a sacerdote
sicut ieiunare per annum et huiusmodi. dicitur
quod de rigore non exigitur quod iterato reddat/
cum caritate et gratia adeptus fuerit. **S**ed
solum quod illud quod defuerit in modo. ipse pe-
nitendo soluat. **U**m qui tenebat deo iniuriam
etiam penitentiam facere quod respicit debitum
et cum hoc in caritate et bene ordinata vo-
luntate facere. quod respicit modum soluendi
debitum soluet sed non modo debito. oportet
tebit talem confiteri et satisfacere de indebi-
to modo soluendi. **E**t tunc erit debita satisfactio.
Quia scilicet exigit satisfactum plus quam
tantum ad debitum. **N**unc vero postquam satisfactum
quantum ad debitum modum. **R**eliqua plen-
ne tractantur in summa Ray. xi. de penitentia
propter quod multa causa breuitatis transseo.

De sacramento ex- treme unctionis et pertinentibus ad ipsum.

Equit aliqua tangere de sacra-
mento ultime unctionis. **E**t primo
quid sit. **D**e eius institutione. **Q**uid sit eius materia. **Q**ue
forma. **Q**uis debitus minister. **Q**uis eius
effectus. **Q**uid hic res. et quid sacramen-
tum. **Q**uis sit perceptibilis huiusmodi sacramenti.

Et quo ad morbum Et quo ad etatē. De loco vntionis.

Quid sit extrema

Diffinit autē sic exte (vntio) ma vntio a quibusdā. Extre- ma vntio est linitio olei sancti ficati. facta ad releuatōem vtri usq; infirmitatis. scz mentis et corpis Et ponit vntio extrema pro nomine vnico diffiniti. quod qz nō habem⁹. circūloqui mur p duo. Iste vero termin⁹ linitio qui ponit in diffinitōe sonat in actū vel in passiōē que est in suscipiēte ipm sacra- mētū. sicut cū dicitur baptisim⁹ est tictio zc. Designat tinctio passiuā. quia intringit baptisatus. Verūtāme si quis totum eē extreme vntionis vellet diffinire. posset ita notificare. **Extrema vntio est sacram- tum ex vntōne infirmis p oleū sanctifi- catū facta conferēs infirmis remediū cō- tra peccati reliqas. eisi expedit alleniatō- nem ferens corporis infirmitati.**

De ei⁹ institutione

Quando autē z vbi sit hoc sacra- mentū institutū est duplex opi- nio. **¶** Una dicit ab apostolis hoc sacramentū esse institutū/ que videt confirmari p glosam sup illud **Marci. vi.** Angebāt oleo multos egro- tos z sanabant. **¶** Que glosa sic dicit Ab apo- stolis patet hūc morē esse traditū vt ener- gumini z alijs egroti / certo loco vngātur oleo / a pontifice consecrato. **¶** Scdm hoc ergo dicendū est qz apostoli a deo inspira- ti. diuina auctoritate z volūtate instituere potuerūt istud sacramentū. immo ipse de- us in ipsis licet forsan tūc non yngerent modo z forma qua nūc fm ordinatiōem ecclie sit vntio. **¶** Sed forsan ad tempus istam formā ex causa nō seruauerūt. sicut ipsi (vt supra tactū est) ad tēpus ex causa ratōnabili formā baptisimi mutauerunt. vt scz baptisaret in nomine christi. **¶** Alij volūt qz istud sacramentū tps p se institu- erit quoniā iuxta palleгатū capitulū. vi. **¶** **Marci.** Narrato quō christus suos mi- sit discipulos ad predicandū statim seq- tur. **¶** Et creūtes predicabāt vt penitentiā agerēt z demonia multa eijciebāt z ynge- bāt oleo mltos egros z sanabātur. quod nō credit sine institutiōe dñi fuisse. **¶** Nec si

mile est de immutatōne baptisimi. qz aliō est mutare formā sacramēti. z aliud insti- tuere totū sacramentū de nouo celebran- dum. **¶** Nam z forte nūc per ecclie auctori- tatē aut aliquā sibi datā inspiratiōem si- cut apostoli habuerūt / possent aliqua ad temp⁹ iusta de causa circa formaz alicni⁹ sacramenti. immutari. sed totū sacm in- stituere / null⁹ posset vt credit. nisi sol⁹ de⁹

Que sit materia sa

¶ **M**ateria extreme vntionis **¶** **A**teria huius sacramēti est ole- um simplex ab epō benedictuz sine alterius rei admittōne **¶** **L**ū enim oleū significet nitorem consciētie z balsamū suauitatē fame. z moritur⁹ maxi- me indiget nitore cōscientie. z nō multū suauitate fame / apparet qz morituri sim- plici oleo cōueniēter pungūtur. **¶** **N**ō cris- mate. quod ppositū est et oleo z balsamo **¶** **E**t quoniā in exitu constitut⁹. indiget gratia sanāte. nō tantū cor sed etiam alia membra qbus abusus est / indiget nō tā- tum vntōne cordis. sed etia aliorū mem- brorū quibz maxime peccauit. vt sicut tri- na mersio in baptisimo signat submersio- nē trium peccatorū que in mūdo regnāt scz pcupiscentie carnis. cōcupiscētie ocu- lorum et supbie vite. **¶** Sic hīc multiplex inunctō signat eliminatōez ex diuina mi- sericordia mebrorū singulorum.

Que sit forma hu-

¶ **D**ius sacramenti. **¶** **F**orma autē sciēdum est qz si- cut forma aliorū sacramtorū cō- sistit in sermone z ope vt bap- tisimus in verbis illis / baptisote zc. **¶** Et in ope scilz in mersione baptisati. **¶** Et sic de alijs sacramētis. **¶** Sic hui⁹ sacramēti for- ma cōsistit in ope z sermone. **¶** In ope qui- dem. in illa scz signatōne mebrorū in for- ma crucis. **¶** In sermone vero in platōe ho- rum verborū. **¶** Per istā suauissimā vntō- nez / z suā pūssimā misericordiā dimittat tibi deus quicqd p visum peccasti. **¶** Et sic de ceteris mebris **¶** Nec iterat ista forma su- p eandē materiā p replicatiōem verborū. quia nō omīno sunt eadē verba vt patet licet in preeadē esse videant⁹. **¶** Sed cum multiplex sit vntio z multiplex verborū prolatō qz ad singula mebra singule fiūt

Compendiū theologie

unctiones. et propria verba dicuntur. **¶** Und ad inunctionem oculorum dimittuntur eorum peccata. **¶** Et similiter ad alias inunctiones aliorum membrorum/alia eorum peccata. vel an omnia peccata simul dimittantur. **¶** Dicitur quod omnes alie ille inunctiones licet fiat diuersis temporibus/tamen pro eodem tempore pro ultimo instanti platonis et complete inunctionis facte censeantur. sicut in simili dictum est supra in consecratione eucharistie. **¶** Nam sic hic est tunc enim omnia peccata simul dimittuntur scilicet in ultimo instanti totius inunctionis et prolationis verborum pro quo fiunt omnes inunctiones.

Quis sit debitor minister in sacramento extreme unctionis.

De ministro autem hoc est tenendum quod solus sacerdos potest hoc sacramentum conferre. et solus episcopus hoc oleum consecrare. **¶** Quod patet tunc ex autoritate beati Jacobi qui in sua canonica capitulo ultimo dicit. **¶** Infirmitur aliis in vobis inducat presbiteros ecclesie. et orient super eum. ungentes eum oleo in nomine domini. etc. **¶** Tum quia istud sacramentum consummationis est penitentie. **¶** Et ideo pertinet ad claves que solis sacerdotibus conferuntur.

Quis sit effectus istius

Effectus sacramenti. **¶** Effectus autem huius sacramenti secundum magistros in libro sententiarum ponitur duplex scilicet sanatio corporis et spiritus. vel sicut homo ex duobus constat scilicet ex corpore et anima. **¶** Ita sit effectus huius sacramenti sanatio utriusque. sed principaliter mentis. quia iste effectus semper sequitur in vere penitentia. **¶** Et ista sanitas mentis in duobus consistit. scilicet in peccatorum remissione. et in virtutum ampliatione.

Quid hic res et

Quid sacramentum sit. **¶** Quis ut sciat quid sit hic res et quid sacramentum. **¶** Notandum quod secundum quosdam sacramentum hic est ipse usus olei. siue consignatio cum oleo. **¶** Res autem est ipsa gratia spiritus sancti. que dicto modo efficit sanationem mentis. et etiam quibus corporis. quando scilicet expedit fuerit. **¶** Secundum alios autem sacramentum est ipsum oleum. **¶** Res autem gratia spiritus sancti. etc. **¶** Est autem in-

uenire inter illa plurimum similitudinem. quia gratia spiritus sancti ad modum olei lenitiam est morbi spiritualis. lenificat etiam et consolatur ab hac vita exeuntem. **¶** Und in psalmo. **¶** Ut exbilaret faciem in oleo id est mentem que facies interior est in oleo extreme unctionis. **¶** Et panis id est eucharistia que inunctis exhibetur cor hominis confirmet.

Quis sit perceptibilis huius sacramenti.

Quis autem perceptibilis sit huius sacramenti. **¶** Dicitur quod non omni morbo veratus sed solum morbo grauiori in quo timeatur periculum mortis. **¶** Und quia omnis egritudo corporis crescendo potest reducere hominem ad obitum in omni morbo cum cepit imminere periculum mortis potest istud sacramentum dari. **¶** Sed nunquid puuli et ignorantes et ameres possunt inungi. **¶** Dicitur quod non. **¶** Tum enim hoc sacramentum non debet dari non recognoscetibus. et non postulatis ipsis. **¶** Tales autem sunt puuli et ignorantes. qui omnino usum rationis amiserunt. **¶** Et furiosi nisi habuerint dilucida intervalla. **¶** Dicitur quod huiusmodi inungendi non sunt. **¶** Posset enim esse periculum tam in irreuerentia. quam etiam in imundicijs que hominibus homines comitantur. **¶** Si tamen furiosi habuerint lucida intervalla possent illi inungi si immineret periculum mortis.

De loco unctionis

De locis autem unctionis est variatio apud diuersas ecclesias. **¶** Docet tamen semper tenendum est quod loca quibus sensum principaliter inungenda sunt sicut oculi. aures. nares. pedes et manus. **¶** Quidam autem addunt pectus et renes. et in bilicum in quibus delectatio est venerea licet non oporteat. **¶** Sed ubi inungendi sunt mutilati. **¶** Dicitur quod in loco mutilationis. quia licet membro careat. non tamen caret potentia que propter actus peccati ab intra. licet non ab extra. **¶** Et ideo ut expiet peccatum cum membrum non supersit. in loco incisionis vel in loco illi membro maxime vicino inungendus est.

De sacramento ordinis et pertinentibus ad ipsum in generali.

In sacro ordinis primo occurrit dicendum. **¶** Quid sit ordo. **¶** Quid ibi pro materia et quod pro forma. **¶** Quot sunt gradus et sufficientia

eorum. Quot sunt de necessitate huius sacramenti. Qui ordines sacri. et quare sic dicantur.

Quid sit ordo et

quomodo diffinitur.

Diffinit autem sic a magistro in libro sententiarum. Ordo est signum cuiusmoda sacramentum. quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. Item quidam antiquorum magistrorum ita diffiniunt. Ordo est sacramentum spiritualis potestatis ad aliquod officium in ecclesia ordinatum.

Quid in sacramen-

to ordinis sit materia. Et quid res sacramenti

Quid autem sit hic pro materia et quid pro sacramenti a quibusdam dicitur quod sicut in baptismo / tria sunt. Unum scilicet quod tamen est sacramentum. scilicet aqua vel tinctio cum verbo. Et aliud quod est res tantum scilicet remissio peccati. vel collatio gratie. Et tertium quod est res et sacramentum. scilicet character baptismalis. Sic hic est aliquid quod est sacramentum tamen. scilicet illa signa visibilia cum verbis. quibus spiritualis potestas traditur ordinis. Ut in hostiarum traditio clauium cum verbis ad beatum petrum. In lectoribus traditio libri prophetarum cum verbis ad hoc institutis. Et sic de aliis. Et aliquid quod est res tamen scilicet gratia spiritualis infusa. vel potestas spiritualis. Est et aliquid quod est sacramentum et res scilicet character qui imprimitur. Alij ponunt duo pro parte sacro et re.

Sed tunc circa hoc oritur dubium cum dicatur quod hoc sacramentum sit aliquid sacramentum signum exterius cum verbis ad hoc ordinatis. Et in quibusdam ordinibus sicut in sacerdotio sit pro sacro impositio manuum cum forma verborum. An si ab uno verba profertur et ab alio manus imponatur ordo conferatur. Et patet quod non. Ut in decreto distinetur. cxxij. ca. quorundam clericorum et ex textu et ex glossa.

Quot sunt ordinum

gradus et unde eorum numerus et sufficientia

Quot autem sunt ordinum gradus dicit magister in iiii. sententiarum quod sunt. vij. scilicet hostiarius. lectoris. exorciste. acoliti. subdiaconi. diaconi et presbiteri. Quorum est conferere corpus christi quod est excellentissimum officiorum humanorum. Et ideo supra sacerdotium non est ordo superior. imo nec episcopus. nec archiepiscopus.

Quorum numerus et sufficientia sic poteris

accipere. Ordinum unum est summus et principalis scilicet sacerdotium. Alij scolarum et huic defunctores. Summus ordo / duos habet actus. scilicet principalis qui est conferere corpus christi. Et secundum darium qui est populum preparare idonee conferret. Scolari autem ordines et huic summo ordinis defunctores. Aut defunctores ei quod actum suum principale aut quod actum suum scolarium. Si quod ad actum suum principale qui est conferere corpus christi tunc est presbiter super hostias et quibus conferret corpus christi. Et hoc potest esse dupliciter. Quia aut in comparatione quod ad populum qui eas offerunt templo. Et sic est ordo subdiaconatus. Subdiaconi enim interest accipere hostias a populo et reponere in presbiterio. ut ipsas ministrare possit diacono ut dicit ysidorus. Aut est presbiter super hostias in comparatione quod ad sacerdotem. et sic est ordo diaconatus cuius est hostias oblatas ponere super altare et ordinare ut eas ibi consecret sacerdos. Si autem est ordo defunctores sacerdotio qui ad actum suum secularium scilicet ad preparandum populum tunc aut defuit ei in amovendo malum. aut in ordine ad bonum. Si prior modo tunc iterum contingit habere dupliciter. scilicet aut amovendo malum quod est ab extra. et sic est ordo hostiario quorum officium est indignos et viles excludere. ne violent locum communionis fidelium. aut amovendo malum quod est ab intra. et tunc est ordo exorcistarum qui est arcere vim demonis per adiurationes ne impediatur perceptio sacramentorum. Si autem ordo defuit sacerdotio in ordine ad bonum. tunc potest esse dupliciter. Aut ex parte intellectus et tunc est ordo lectorum quorum officium est legere aperte et disticte ad illuminationem intellectus. Aut ex parte affectus. et tunc est ordo ceterosolariorum qui in signum ignis spiritualis accedendi in cordibus nostris cereos flammiferos deferunt. Et hi sunt acoliti. Acoliti enim grece ceterosolari dicitur latine. Alij volunt quod novem sunt ordines in ecclesia militate sicut sunt novem ordines angelorum in ecclesia triumphante. Et secundum quosdam illorum episcopus et archiepiscopus constituunt duos gradus. qui additi septem precedentiibus faciunt novem. Secundum alios corona est primus ordo et episcopus ultimus. et sic sunt novem cum septem nominatis. Sed prior sententia potior est in conspectu modernorum.

Quot et que sunt

de necessitate huius sacramenti. Equit dicere quot et que sunt de necessitate huius sacramenti. Et dicitur quod

Compendiū theologie

fer precipue. scilz ferus virilis. Unde mu-
lier nō est susceptibilis ordinis. Itē pre-
cedēs baptīsmus qui etiā est fundamen-
tū ceterorū sacrorū ex cepto cōiugio. Un-
si aliqs nō baptīsmus ordinare/ nihil re-
ciperet. vñ oporteret post baptīsmū si vel-
let aliquē ordinē erequi/ q̄ itez ordinare-
tur. ¶ Itē potestas ordinātis. qz qui nō
est eps ordines cōferre nō potest. Itē in-
tentiō recta. vt scilz ordinās intendat fa-
cere qd̄ facit ecclesia. et similiter ordinan-
dus s̄m quosdā. Itē materia seu sacramē-
tū vt traditio libz et similiū cū forma ver-
borū. Item temp⁹ seu etas s̄m aliqs qm̄ si
puulus ordinē etiā precedētibz alijs gra-
dibz nihil recipet cū s̄m eos in hoc sacra-
mento erigat tam intētiō recipiētis ordi-
nē q̄s p̄ferētis. ¶ Paruul⁹ autē qz non habz
ysum liberi arbitrii nō habz intētionem.
Alij volūt qz etas sit de cōgruitate et nō de
necessitate hui⁹ sacramēti. Et iō in p̄dicto
casu puulus s̄m eos recipit caracterē nec
s̄m eos est reordināndus. Frater albertus
vult. qz in alijs ordinibz/ etas sit de p̄grui-
tate. sed qz in vltimo ordine qui est sacer-
dotiū/ est de necessitate. Un plane vult qz
ordo sacerdoti nō possit puulo conferri.
Itē ieiuniū s̄m aliqs. eo qz s̄m eos pran-
sus nō cōferret ordinē nec suscipet. Alij fe-
re om̄es volūt cōtrariū. ¶ Multa p̄reca
sunt de honestate et cōgruitate tam ex pre-
cōferentiū ordines q̄s ex pte tempis. que
reperies expresse in summa Raymū. libro
tertio in principio et consequēter.

Qui ordines sint

D sacri et quare sacri dicuntur.
¶ Ostremo notandū qz licet oēs
p̄dicti septē gradus sacri sint
quorū tñ primi minores ordi-
nes/ nō dicuntur sacri. s̄z solū tres maiores
scz ordo subdiaconat⁹. ordo diaconat⁹. et
ordo p̄sbiterat⁹. Et hoc p̄pter dignitatē q̄
inducit ministratibz in tribz maioribz or-
dinibz. oportet enī eos vouere cōtinenti-
am vel simplicitē vel s̄m temp⁹. Simpli-
citer in tota ecclesia occidentali. vbi nō dā-
tur isti tres ordines/ nisi vouētibz ipso fa-
cto p̄petuā castitatē. Secundū temp⁹. vt
in orientali ecclesia. vbi q̄ in matrimonio or-
dinē recipiūt/ in matrimonio p̄manent.
¶ S̄z tñ/ dū ministrāt/ abstinēt ab vxoribz
Insup ill⁹ mortuis/ alias ducere nō p̄nt.

De sacramento cō-

D iugij et pertinentibus ad ipm.
¶ Sacramento cōiugij nō mul-
ta necesse est hic dicere eo qz in
summa Raymūdi libro. iij. de
hoc sacramēto sufficiēter tractet. Sunt q̄
dam tñ que ibidē nō tangūt de quibz hic
aliqua breuit⁹ memorāda sunt videlicet.
¶ An istud sacramētū sicut alia sacramen-
ta cōferat grāz et efficiat qd̄ figurat. Quis
sit eius effectus. An opus cōiugale possit
fieri sine pctō. An debeat reddi debitū cō-
iugale tpe impregnatiōis. Itē an debeat
reddi temp⁹ loco sacro. Item an semper
debeat reddi cū petitur. Quid hic sit ma-
teria et forma. et qd̄ res et sacramētum.

An sacramētū cō-

iugij p̄ferat grāz et efficiat quod figurat

D Resupposito qz matrimonij est
viri et mulieris coniunctio legi-
tima/ in diuina vite consuetu-
dinē retinēs. que diffinitio dā-
t s̄m naturā optime institutā. qz tūc vna et
pura fuit. ¶ P̄termisso etiā tractatu de cā
institutōis hui⁹ sacramēti. vbi institut⁹
fuit. et qui p̄nt cōtrahere et qui nō cū aliq̄-
bus alijs circa hoc sacramētū necessarijs
que exp̄sse libro quarto summe Raymū.
inuenies. nūc querendū venit an hoc sa-
cramētū sicut alia/ cōfert grām et efficiat
quod figurat. Ubi triplex cadit opinio.
¶ Prima dicit qz nō cōfert aliquā grāz
sed cū alia sacramēta significēt grāz et
p̄ferant. istud tantū signat grāz sed non
cōfert. Hec est opinio magistrī in li. sentē-
tiarū. et p̄positi antisydori. ¶ Secunda
opinio dicit qz cōfert grām scz recessum a
pctō. nō tñ in ordine ad bonū. Et dicunt
qz grāz illa est/ qz virtute hui⁹ sacramētū
mitigat p̄cupiscentia. ne serueat vltra nu-
ptiarū honestatē. Et hec opinio p̄babili-
or videt. ¶ Tertiā satis peritorū opinio
est qz cōfert grām etiā in ordine ad bonū.
¶ Non quidē generalit̄ se ad bonū hoc tñ.
qd̄ debet facere cōiugatus. Et istō bonū
est vt fideliter coniugi assistat. opa sua illi
cōmunicet. plem susceptā religiose nutri-
at et huiusmōi. Et s̄m hoc patet qz efficiat
grāz quā figurat. sed non oēm quā figu-
rat. sicut nec oportet. Figuratur quippe cō-
iunctōem fidelis anime cum christo. que

quidem est effectus eius nō contēns q̄/
dem sed significatus.

Quid sit ei' effect'?

Ex premissis igitur habes q̄ du-
plex est effect' matrimonij. Un'
scz nō contētus sed tantū signi-
ficatus. scz cōiunctio fidelis ani-
me cum christo. Alius cōtētus et signifi-
catus. gratia scilicet qua mitigat fomes. et
qua fideliter cōiugi assistitur.

An amplexus ma-

Utilis possit fieri sine peccato.
Arum autē fieri possit ample-
xus matrimonialis sine pecca-
to vel meritorie post hec venit
dicendū. Et dicit q̄ cause quatuor preci-
pue sunt p̄pter quas fit cōmixtio cōiuga-
lis. Aut enī fit causa suscipiende prolis.
et hoc dupliciter. Aut scilicet ad cultum diui-
num ampliandū. et hec causa sic agnoscē-
di vxorē/ ab omni peccato excusat et red-
dit opus meritorij. dūmodo ista intētio
ante finē opis per delectatōem nō corrū-
patur. Vel fit causa prolis vt scilz habeat
successor hereditatis et hec causa nō excu-
sat a veniali sed a mortali. Aut fit eā red-
dendi debitū et hec causa excusat a culpa
et fm aliquos meret sic faciēs. dum tamē
ista intētio p̄ inordinatā voluptatē ante
finem opis nō supplantet. Aut fit causa
fornicatiōis vitāde et hec causa excusata
mortali. Aut fit causa exsaturande libidi-
nis et hec causa nō excusat a mortali. Vel
fm alios in hoc ultimo casu distingue. qz
aut illa libido causa cuius exsaturāde fit
cōmixtio cōiugalis/ tantū rep̄ssa erat/ q̄
eam nollit alter cōiugum cū alio vel alia
explere. et tūc dicunt q̄ adhuc est peccatū
veniale. Aut intantū creuerat illa libido
vt indifferēter vellet quis eā siue cum sua
siue cum nō sua explere. Et tūc dicūt esse
mortale peccatum.

An tēpore impre-

gnatiōis debeat reddi debitū coniugale.
Et tēpore impregnatiōis dicit
q̄ p̄pter periculū nō debet in tē-
pore impregnatiōis vxor cog-
nosci. Unde si vir eo tēpore mo-
ueatur ad cōiū. debet ratōne/ talem mo-
tum p̄pter timorem p̄dicti periculi/ refrē-

nare. maxime quatuor primis mēsis.
Si tamē vir vxorem dicto tēpore cogno-
uerit/ nō propter hoc peccat mortalit'. Ve-
rum etiā qz mulier illo tēpore maxime coi-
tum vt frequēter appetit. si ipsa petat et ip-
se vir exactus reddat sic reddens leu' pec-
cat. exigēs vō grau'. vterqz tū venialit' tū

An tempore et lo-

Dico sacris/ debeat reddi debitū.
Et tēpore sacro similiter dicit
q̄ tēpore quadragesime et qua-
tuor temporū et rogationū/ et p̄-
cipuarū solennitatū/ nō debet alter cōi-
ugum debitū petere. Si tamen petierit cū
pigentia tamē animi q̄ sine coniugij vsu
esse non possit/ venialiter peccat. Si autē
alter petierit/ reddat. et actū tamē iusticie
et fidei thori excusat a peccato. nisi in his
casibus preter temporū huiusmodi solē-
nitatem aliquid iuxta distinctōes supra-
positas grauius incidere quod peccatū
aggrauaret. Sed secus est de loco vxo-
lunt aliqui q̄ scilz nō tenēt in loco sa-
cro reddere debitū si aliquis alius locus
haberi possit. Si autē ali' locus nō pos-
sit haberi/ vt cōtingit in tempore guerre/
vbi multis noctib' in locis sacris iacent
viri cum vxorib' suis. tunc si alter coniu-
gum soluat exactus. habēs de hoc dolore
cordis/ peccat tantū venialiter. imo si eri-
gat cum planctu et pigentia quod sine vsu
cōiugij esse nō potest. nō credit multi q̄
peccat mortaliter. Nec credas q̄ tūc cō-
tamine locus/ ita q̄ recōciliatiōe indige-
at. quia cōtaminatio sacri loci distingui-
tur dupliciter. Una que procedit ex incō-
gruitate operis. quod fit in ipso respectu
dicti operis in se. Et alia que procedit ex
incōgruitate operis non quo ad se. sed quo
ad consecratōem seu actum ipsius loci in
quo fit. Nam illa que procedit ex incō-
gruitate respectu loci tantū et nō operis
in se/ non cōtaminat locum in tantum q̄
indigeat reconciliatiōe. Sed illa vero q̄
procedit ex incōgruitate ad sanctificatiō-
nem loci/ respectu operis in se vt est in ma-
gnis facinoribus. sicut in stupro adul-
terio homicidioz huiusmodi. et hec locum
cōtaminat in tantū q̄ recōciliatiōe indi-
get maxime respectu aliquorum facinor-
vbi sunt manifesta.

An semper debeat

reddi debitum cōiugale cum petitur.

Desolutione autē debiti cōiugalis hoc tenēt aliqui q̄ om̄i tempore petenti debitū est reddendū s̄m oportunitatē loci. **Q**uō ideo dicit̄ quia ille act⁹ verecūdiā quādam habet sibi annexā. **U**n̄ nō oportet q̄ solvatur in publico. sed in om̄i hora om̄iq; dimisso negotio. si scit alterū esse in piculo sa cōcupiscētia. tenet̄ captare secretū cubile ⁊ debitū reddere. **A**lij distinguūt q̄ sicut in preceptis affirmatiuis semp ad ea tenētur sed nō p̄ semp vt verbi gratia **S**ē p̄ teneor honorare parētes meos / sed nō pro semp sed solū pro locor tempore. Ita hic vt dicit̄ quis ad semp tenet̄ reddere debitū. sed nō tenet̄ pro semp. sed solū cū oportunitas loci ⁊ tempis hoc eegerit.

Et nota duos versus qui determinant quinq; casus. in q̄bus quis potest reddere debitum sine peccato sed nō petere. **F**esta sacerq; locus ieiunia mēstrua parus. **S**i petis his peccas reddis q̄nq; licenter

Quid sit materia ⁊

quid forma in sacramento coniugij:

Quid autē sit materia ⁊ quid forma. dicitur q̄ materia sunt / legitime p̄sone / in potentia cōmitionis seruū existētes. **C**irca quod multi difficiles ⁊ diuersi casus occurrūt hoc sacramētū matrimonij impediētes q̄ sufficienter in summa Raymū di determinātur. quare hic causa breuitatis non exprimūtur. sed solū pro quada; compēdiōsa annotatiōe. ponūtur seruer sus sequētes. **E**cclēsie retitū necnō tempus feriatū. **I**mpediūt fieri. permittūt facta teneri. **E**rroz. cōditio. votum. cognatio. crimen. **C**ultus disparitas vis ordo ligamē. honestas. **S**i sis affinis si forte coire neq;bis. **D**ec sociāda verāt cōnubia iuncta retractāt. **F**orma autē est cōsensus p̄ vba exp̄ssus. vt accipio te in meā ⁊c vel huiusmodi. **S**ecūdū alios cōsensus animorū est materia in iugio. forma autem est debita verborū platorū forma scz **A**ccipio te in meā. ⁊c. **S**ed nunq̄d et iste cōsensus debeat ferri ⁊ esse ad carnalē copulam. **E**t dicit̄ magister in libro sentētiarū q̄ nō in carnalē copulā nec in cōba

bitatōem corpalem sed in societate cōiugalem. quod sic exponit hoc est in carnale debitum. nō in carnalem actū. **N**ec obstat illud de matrimonio beate virginis que s̄m beatū August. ita in matrimonio cōsensit / q̄ nisi aliter deus iuberet. debitum cōiugale nō redderet. **A**it enim sic **C**ōmittens autē virginitatē suam diuine dispensatōni / ⁊ cōsensit in carnalē copulā nō illā appetendo sed diuine inspirationi in vtroq; scilz ⁊ virginitate ⁊ cōmitione obediēdo. **S**ed virginitatē quā nondū vouerat / in desiderio habuit ⁊ cū firmo proposito. cōmitionē vero illam nisi deus aliter disponderet in sufficientia. **E**x his satis patet quid hic sit sacramentum ⁊ quid res. **N**am sacramētū est cōsensus animorū ⁊ cōiunctō corporū. **R**es autē duplex est scilz vnio christi ⁊ ecclēsie. **I**tem vnio duarum naturarū in christo. **N**am sicut in matrimonio cōiunctio est animorū vnus cum vna ita vnus christ⁹ cum ecclēsia que vna est vt dicit̄ **A**ntiē. vi. vna est colūba mea. ⁊c. **D**e qua etiam vniōe dicit̄ prime **A**d corin. vi. **Q**ui adheret deo / vnus spirit⁹ est cum eo. **I**tem sicut in matrimonio est cōmitione diuersorum seruū / ita in christo est vnio duarum diuersarū naturarū scz diuine ⁊ humane.

Explicit tractatus tertius de expolitiōe septem sacramentorum.

Incipit tractatus
eiusdem quartus de septem virtutibus et
earum declaratione.

Hinc aliqua
tangenda sunt de virtutibus
Et primo quid sit virtus in ge-
nere. Quot sunt in numero. et
de earum sufficientia. Deinde de singu-
lis in speciali erit aliquid dicendum.

Quid sit virtus in

Est autem virtus secundum (generali
August. bona qualitas mentis.
qua recte vivit et quod nullus male
vivit. quam solus deus in homine operatur.

Notanter dicitur bona qualitas ad deum mala
rationalitatis cuiusmodi sunt prodigalitas aua-
ritia. Addit mentis. ad deum corporaliu[m] quali-
tatu[m]. quales sunt albedo nigredo. Et sub-
iungit. quia scilicet virtute. recte vivit. ad dif-
ferentiam scientie que quibus sit bona quali-
tas mentis. non tamen necessario ea recte vi-
vitur sed potest ea recte intelligi. Et addi-
tur quod nullus male vivit ad differentiam po-
tentiarum naturalium quibus contingit et bene
vivit et male vivit. cuiusmodi sunt rationalitas
et concupiscibilitas. et irascibilitas. que pro-
prie potentie dicuntur. Dicitur etiam quod solus
deus operatur in homine. quod ponit ad diffe-
rentiam virtutum politicarum. que (ut vult phi-
losophus in Ethicis) generantur et frequen-
ti bene agere. cum virtutes theologice a deo
infundantur. Ex quo apparet quod procedens
diffinitio est proprie virtutis theologice.

Sed prout virtus comprehendit et quat-
tuor virtutes cardinales et tres theologi-
cas sic potest diffiniri. Virtus est amor ha-
bendi se ad omnia ut debet. Unde August. in
libro de moribus ecclesie. singulas diffinitio-
nes virtutes. in omnibus diffinitionibus ponit
amorem tanquam genus. et adiungit diversos
actus quasi diversas differentias.

Quot sunt virtu-

tes et de earum sufficientia.
Et dicta autem diffinitio et extra-
hi potest numerus septem virtutum
scilicet quatuor cardinalium et trium
theologicarum. Cum enim virtus sit amor ha-
bendi se ad omnia ut debet. aut erit amor

hominis seipsum debet ad creatorem. aut ad creatu-
ram. Si primo modo tunc vel erit amor
ad creatorem ut recognoscat et sic erit fides
que est illuminatio mentis ad cognoscendum
deum. Aut erit amor ad creatorem ut possi-
deat. et hoc dupliciter scilicet. Vel ut habendus
in futuro. et sic est spes. Vel ut quod habet
habitus et tenet. et sic est caritas qua quis li-
cet per quandam modum imperfectum habet hic de-
um. Quia quod manet in caritate in deo ma-
net et deus in eo. i. Ioh. iii. Si autem sit
amor hominis seipsum ut debet ad creaturam. tunc vel
ad creaturam que sub nobis est ut caro. et ta-
lis amor sic habet se ad eam ut debet est
temporalis. Aut ad creaturam que iuxta nos
est. sicut est proximus. et talis amor sic se re-
cte habendi ad eum est iusticia. Aut ad crea-
turam que contra nos est. et tunc aut illa creatu-
ra est nobis insidiosa. et talis amor sic se ha-
bendi ad eam ut debet est prudentia. Aut
illa creatura est nos molestans. et talis amor
sic se habet ad eam ut debet est fortitudo.

De tribus virtuti-
bus theologice. Et primo de fide.

In speciali tangendum est de virtutibus
theologicis. Et primo de fide. De qua pri-
mo dicendum quod sit. Quot modis di-
cat. Que sit fides informis et que formata.
Et utrum una sit alia. Et an demones habeant
fidem. Utrum pueri baptisati habeant fidem. Utrum
in aliquo casu sufficiat suare fidem cordis dif-
fiteri ore. Utrum fidei possit subesse falsum.
An omnes teneantur ad fidem explicitam.

Quid sit fides et

quomodo diffinitur.
Secundum autem apostolum ad hebr. Fi-
des est res sperandarum substan-
tia. argumentum non apparentium.
Et diffinitur hic fides prout est fundamentum
in edificio spirituali. Subsistit ei omnibus alijs
virtutibus et eas collocat in nobis. id est. facit eas
in nobis collocari. Et hac sic intellige dif-
finitionem. Fides est sperandarum rerum substā-
tia. id est. fides facit modo res speratas subsi-
stere in nobis spe. que tandem subsistet re. Fi-
des dicitur argumentum. id est. ostensio vel promon-
stratio non apparentium rerum. Sed nonne
apostoli crediderunt christum passum. utique.
quod in eorum symbolo hoc per articulo ponitur.
et tamen apparuit eis passio sua. Sed dicitur quod
aliud viderunt et aliud crediderunt quod hominem

Compendiū theologie

passum viderūt z deū passum crediderūt
Deum autē passum esse/est articul⁹ fidei
fm August. Non hominē illum passum
esse Quia hoc crediderūt iudei qui fidem
nō habent catholicā. Secūdu autem
Augustinū. Fides est illuminatio mentis
ad videndum deum.

Quot modis fides

R **D**icitur autē fides mul (dicat
tipliciter. Aliquādo enī accipi
tur pro habitu fidei informis
Un̄ Jacobi. ij. Fides sine opi
bus. Aliquādo accipit̄ pro habitu fidei
formate. Unde ad hebreos. xi. Sancti p
fidem vicerūt regna. Aliquā pro actu fidei
formate fm q̄ dicit̄ Augu. Fides est cre
dere quod nō vides. Aliquā pro facilitate
credendi. Unde Math. viij. Nō inueni
tantā fidē in israhel. Aliquando p obiecto
fidei scilz pro eo qd̄ creditur. cuiusmodi
sunt articuli fidei Unde in simbolo atha
nasij dicit̄. Hec est fides catholica. qd̄ in
telligit̄ de articulis ibi positis.

Quid sit formata z

qd̄ iformis. z vtz vna possit fieri sine alia
A fides autē formata est fides q̄
opatur p dilectōem que scilicet
informat̄ gratia z caritate. Fi
des autē informis est huic con
traria vtrazq̄ formabilitate priuata q̄lem
hñt existētes in pctō mortali. q̄ nihil ali
ud est q̄ potētia naturalis assentiēdi veri
tati vtili. **U**trū autē fides informis fi
at q̄q̄ formata vel nō z an quotiēs pec
cat mortalit̄/ om̄ino pereat fides forma
ta. z cū ad statū gratie p penitentiā redit̄/
vtrū noua fides creat. **M**ulti vidētur
dubitare. Dicit̄ enī aliqui q̄ fides infor
mis eadē est in essentia cum fide formata
sed differūt fm intēsionē maiorē z mino
rem. vt assensus veritati aliq̄ illustratiōe
gratie irradiatus sit fides iformis. assen
sus autē yebemēs/ multa illustratiōe gra
tie illuminatus. sit fides formata. **E**t volūt
isti q̄ fides informis hic finiri possit. for
mata vero nō. **A**lij dicūt q̄ nō sunt ea
dem in substātia sed euacuata siue recedē
re fide formata/ totū perit. **E**t relinqtur tā
tum modica quedā lux in anima/ que nō
facit hominē gratū que dicit̄ fides infor
mis. **A**lij distinguūt q̄ duplicit̄ dicitur

fides informis. **U**no modo p priuatiōes
actuales forme debite. **E**t p hunc modū
dicitur fides informis esse in pctōribus.
quia nō est in eis gratia gratificās vel ca
ritas. **A**lio modo dicit̄ fides informis p
priuatiōem possibilitatis ad formā debi
tam. z hec fides informis est in demoni
bus q̄ nō habent possibilitatē ad gratiā.
Et primo modo dicta fides informis/ sic
differt a formata/ q̄ tñ formata fieri pos
sit. scz q̄ illud qd̄ fidei informi subiacer/
potest formari. **U**nde materialit̄ loq̄ndo
hec potest fieri illa. sicut cecitas in oculo
potest fieri visus p miraculū. **S**ed secū
do mō dicta fides informis oīno differt
a fide formata sic q̄ nullo mō fieri potest
formata. **E**t illud plus placet aliq̄bus
Et his patet an demones habeāt fidem
Habeūt enī fidē informē vt dicit̄ sancti
Sed vt dixi multo aliter q̄ pctōres. quo
niā fides informis demonū nō est possi
bilis ad formā debitā sicut fides pctōrū
in q̄ est aliq̄ q̄uis modica illustratiōe gra
tie. **I**n fide vero demonū nulla sed tantū
credulitas quedā ex cogitatiōe naturali
erorta.

Utrū paruuli ba

ptisati habeant fidem.
Hid quod q̄ritur vtrū puuli
baptisati fidē habeāt. **D**icunt
quidā q̄ nec fidē habeāt. nec ce
teras virtutes. eo q̄ he nō pferuntur eis in
baptismo sed tāntū purgatio ab originali
peccato. **D**icit̄ tñ q̄ si anima puuli post
baptismū separet. in illa separatōe illi in
fundit̄ fidē. ceteras q̄ virtutes ab ipō deo
Et similiter cū adultus efficiat̄ si tamē re
tineat innocentiam baptismalē. **D**e hac
opinionē est **D**ugutō qui fecit apparatū
super decreta. **A**lij dicunt puulis plene
fidem z ceteras virtutes in baptismo in
fundit̄ sed nō vsus earum. **Q**uā opinio
nem tenet magister in libro sententiarū z
alij plures. **E**st z alia opinio inter has
duas media. que ponit q̄ paruuli nec ha
bent completū habitū virtutū. neq̄ actū
quia nondū sunt capaces virtutis com
plete vt est habitus vel actus. **S**ed acci
piunt virtutes ad potentiā. que potentia
aliquid habz de natura habitus. et fit ha
bitus cōpletus si anima separet. vel cum
veniūt ad etatem adultam.

Utrum in aliquo ca

su sufficiat corde suare fide z ore diffiteri
Utrum autem in aliquo casu suffi-
 ciat veram fide corde tenere.
 z pro vita saluanda ore negare.
 nullus discretus dubitat. Ne-

gans enim fide ore quantumcumque retineat
 firmiter corde precipue requisitus peccat
 mortaliter. Corde enim ut ait apostolus cre-
 ditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad
 salutem. Unde sine confessione fidei non vide-
 tur esse salus. quatomini cum negatione In
 supralis impugnat fidei veritatem agnitam
 Et sic videtur quodammodo peccare in spi-
 ritu sancto. Unde hec est heresis piscillia/
 nistax qui dicunt quod pro vita saluanda licet si-
 de ore negare si tamen vere teneat in corde

Utrum falsum pos

sit subesse fidei.
Nec dubitat utrum falsum pos-
 sit subesse fidei. Hoc est utrum
 falsum possit credi. vel id quod

non est. puta cum sacerdos eleuat hostiam
 non consecratam utrum sit vera fides qua a
 toto populo creditur ibi esse vel illud esse cor-
 pus christi. Et dicitur ad hoc quod fidei nun-
 quam potest subesse falsum nec dubium. immo
 necesse est potest quicquid credi. nisi sit infalli-
 biliter verum. Unde in predicto casu crede-
 re quod illud siue illa hostia sit corpus christi
 non est fides sed opinio tamen que potest
 esse de falso. Sed credere quod sub illa hostia
 si in forma debita consecrata fuerit sit cor-
 pus christi est fides. z hoc semper infallibi-
 liter est verum. Unde illa conditio semper ap-
 ponenda vel ad minus supponenda est. quando
 hostia adoratur vel sumitur. scilicet si rite conse-
 crata fuerit. Hostia rite consecrata infalli-
 biliter est corpus christi.

An oēs teneantur

Quod ad fidem explicite credendam.
 Anque an omnes teneantur ad fi-
 dem explicitam. scilicet ad creden-
 dum articulos fidei explicite du-
 bium est apud quosdam. Dicunt enim aliquid quod
 nec ante aduentum nec post aduentum christi
 tenebantur homines scire omnes articu-
 los fidei explicite. nec etiam omnes explicite
 credere nisi in quantum docti erant a maiori-
 bus. Et illam doctrinam in intellectu capere

poterant. Sed tamen adhuc illi qui precesse-
 runt minus tenebantur propter ymbra que
 tunc erat. Isti autem plus propter doctri-
 nam z veritatem expressam. Unde nunc quilibet
 quantumcumque simplex qui humanam ha-
 bet discretionem teneat ad minus explicite
 te scire z credere primum articulum. Et reli-
 quos nullatenus diffiteri. sed in generali
 credere quod sancta z vniuersalis credit
 ecclesia. Et teneat preter hoc se partem exhibere
 ad amplius descendendum cum doctorem ca-
 tholicum habuerit. Et quantum obtusum sensus
 habent simpliciores non credo quod teneant
 ita explicite scire sicut explanat eis. quia
 sufficit quod ipsi accipiant explanationem secundum
 suam partem intelligendi. z non secundum volun-
 tatem aut facultatem explanatoris. Si autem
 primum articulum vel plures etiam alios expli-
 cite crederent. vni tamen pertinaciter contradice-
 rent heretici iudicarentur. Quia hoc fi-
 eri non posset nisi egressi iudicium ecclesie/
 pueruli hereticorum iam per doctrinam puer-
 sam esse incipient. Secus tamen est de sapi-
 entioribus qui tenentur explicite omnes arti-
 culos scire. Et maxime prelati aut quicumque
 alij qui se fatent doctores. cum ignorantia
 iuris non cadat in principem aut doctorem

De virtute spei et

ptinentibus ad ipsam
Sequitur aliquid dicere de spe. Pri-
 mo quod sit spes. An spes possit
 esse malorum rerum. Quorum sit spes
 habere. An ipsa simul cum fide euacuabit.
 Et quid succedit eis.

Quid sit spes et

Diffinitur sic (quod diffinitur.
 spes ab aug. spes est certa expe-
 ctatio future beatitudinis pueniens
 ex gratia z meritis precedentibus. Quam
 sic expone. spes est certa quod dicitur propter hesita-
 tionem. Nam spes versus quod absque fluctuatione
 hesitationis est. Expectatio quod dicitur ad dicitur con-
 prehensionis que erit in patria. ubi nihil expe-
 ctabitur sed omnia presentia habebunt. future beati-
 tudinis quod dicitur ad dicitur maiorem fructibus. que est
 expectatio future miserie. Expectatio dico
 pueniens ex gratia id est benignitate dei consi-
 derata. Quod enim dicitur ex benignitate dei consi-
 derata dicitur ad dicitur maiorem desparationis que seuerita-
 tem tantum dei considerat. Et ex meritis pre-
 cedentibus. quod dicitur ad differentiam pre-

Compendiū theologie

sumptionis: que ex dei benignitate tantū
cōsiderata ē et nō cum hoc et meritis bea/
tudinē ad ip̄sci credit. Et sic diffinitur
hic motus spei. **A**lter sic cōmuniter a
magistris diffinit. Spes est audacia mē/
tis de largitate dei cōcepta/habendi vitā
eternam p̄ bona merita. (malay rez)

An spes possit esse

Aurē spes possit esse malarū
rerū: Dicit magister in. iij. sen/
tentiarū q̄ spes est tantū bona
rum rez. et earum que ad eū spe/
ctant qui earū spem genere videt. quia p̄/
prie spem habem⁹ de bonis nostris. non
de alienis. **U**n̄ ad hoc q̄ sit proprie spes
tria cōcurrere debent. scilz q̄ sit respectu
boni. et proprie. et futuri. **U**nde si aliquā/
do legatur. Spes dici malay sicut apud
poetā. **D**unc ego si potui tm̄ sperare labo/
rem. **U**el etiā bonoy et cōmuniū. sicut spe/
ramus salutē bonoy qui sunt in via. vel
etiā boni p̄ntis. itellige in talibus spem
non proprie accipi sed largo modo.

Quorū sit habere

Spem seu sperare.
Eo autē q̄ querit quorū sit
sperare scz an sit angeloy. **A**n
animarū beatay in celo. **E**t an
ips̄s spem habuerit. **E**t etiā an antiqui pa/
tres in limbo. vel an̄e nūc deſente in pur/
gatorio spem habuerit aut habeāt. **D**i/
cēdū est ad tria priora q̄ pprie sumpto no/
mine spei. neq̄ angeli neq̄ aie beate neq̄
ips̄s/spem habuerit. **C**uius ratō est quia
pprie nō est nisi de substāiali beatitudie
quā nunc hnt angeli et aie beate. eo q̄ sto/
la corpis nō sit fm̄ doctores de substātia
li p̄mio ipsay. sed tm̄ ipsa cōtemplatō di/
uinitatis et humanitatis xp̄i. **Q**uia vt ha/
bet **Joh. xvij.** **H**ec est vita eterna vt cog/
noscat te solum rex deū. et quē misisti ie/
sum xp̄m. **E**t qm̄ ips̄s beatitudinē substā/
tialē in via habuit. qz p̄prehēsor fuit iō
spem pprie nō habuit. **E**t si aliqñ legatur
ip̄m spem habuisse. intelligēdū est de im/
proprie dicta. s. de aliq̄ spe de accidentali
beatitudie. vt pote de gloriificatiōe corpo/
ris sui. cui⁹ nō est spes nisi p̄ posteri⁹. vel
de ip̄so loq̄tur scriptura gratia mēbrozū.
De patrib⁹ aut in limbo. et de aiab⁹ in
purgatorio cōnibus dicit q̄ spem habu

erunt et habēt aliquātulū/extenso nomie
Cum enī spes sit boni futuri expectatio.
potest esse expectatio cū om̄imoda hesita/
tione. **E**t tūc nō est spes. vel cū certitudi/
ne opinionis. et tunc proprie est spes. q̄le
habent electi in via. **U**el potest esse cū cer/
titudine scientie. q̄ scz sciant se bonū eter/
num adepturos. **E**t sic min⁹ proprie dici/
tur spes. **E**t sic isto modo sumendi spem
dicit q̄ patres in limbo et purgatorio ani/
me spem habuerunt et habent.

An spes et fides

euacuabūtur et quid eis succedet.

Dylimo quod ponebat in q̄/
stione. scilz an spes et fides eua/
cuabūtur. **E**t qd̄ ipsis succedet
Dicitur q̄ vtray euacuabitur
Cum enī venerit quod p̄fectū est euacua/
bitur qd̄ ex pte est. **E**t ideo qz fides et spes
imp̄fectōem habent/euacuabūtur. nec erūt
sanctis in celo s; loco fidei succedet visio
loco autē spei/succedet amplex⁹ vbi vide/
bit⁹ et gustabitur q̄ bonus est dominus.

De virtute carita

Itis et p̄inentibus ad ipsam.
An de charitate aliqd̄ dicatur
Et primo qd̄ sit caritas. **Q**ue
sint diligenda charitate. **E**t q̄s
ordo sit obseruādus in diligēdis. **A**n oēs
teneant ad dilectōem inimicoy. **E**t uter⁹
de quodā alio ordine diligēdorū.

Quid est caritas

Caritas fm̄ magistray in. iij. sen/
tentiaray est dilectio qua diligi/
tur deus propter se. et proxim⁹
propter deū vel in deo. **N**ec hic
diffinitur idē per seipm̄ scilz caritas per
dilectōem. quia dilectio quodāmodo ge/
nus est ad charitatē. et ea quidē cōior. q̄/
uis in frequēti vsu scripture/vnū p̄ alio
aliquoties ponat. **A**lia datur ab augu/
stino in libro de morib⁹ ecclie. **C**haritas
est affectō animi recta/siungēs nos deo.
Et sciendū q̄ q̄ntū ad priorē diffinitō
nem/eadē est dilectio q̄ deus et proxim⁹
diligit. quia quādo vnū propt̄ aliō ama/
tur/vnico vtrūq̄ amore amat. **S**icut idē
est amor quo amat vinum et dulcedo vi/
ni. **S**emina: a dicit hec dilectio propt̄ duo
dilecta. scz deū et proximū. propter quod

etiam dicunt duo mandata de dilectione. Primum de dilectione dei quod continet tria precepta seu mandata decalogi pertinentia ad deum vel quibus ordinamur ad deum. Secundum est de dilectione proximi. continent septem alia decalogi precepta seu mandata. quae nos ordinant ad proximum. sicut in superioribus declaratum est.

Que caritate diligenda sint et quo ordine.

Queritur ut sciamus que caritate diligenda sunt. Attendamus doctrinam augustini. lib. primo de doctrina christiana. Quatuor enim sunt eum diligenda sunt. Unum quod supra nos est scilicet deus. Alterum quod nos sumus scilicet anima. Tertium quod iuxta nos est scilicet proximus. Quartum quod infra nos est scilicet corpus.

De secundo autem et quarto nulla precepta specialia data sunt. Quotumcumque enim homo excidat a charitate semper tamen illi remanet affectio ad seipsum et ad carnem suam.

Sed quis ordo servandus est in his diligendis. Unum videlicet in aliquo casu extranei preponendi sunt consanguineis. Item an filii parentibus? Item an vxor parentibus? In primo quidem casu distinguunt quidam. quia aut beneficium conferendum est spirituale aut temporale. Si est spirituale cum beneficium spirituale ad neminem iure consanguinitatis deuoluatur debet extraneus melior preferri consanguineo minus bono.

Si autem sit temporale puta de bonis acquisitis iure hereditario possessis. Dicunt quod consanguineo pariter indigenti etiam minus bono propter est subueniendum quam extraneo. Unde si vnus est consanguineus et alter non et vnus dandum non sufficeret. tunc dandum est consanguineo.

Si vero vnus sufficiat vnusque accipiat. sed consanguineus prior. Respectu vero secundum scilicet an filii preponendi sunt parentibus. scilicet patri et matri. Dicunt plures. quod pater et filio in eadem necessitate constitutis prius est subueniendum patri quam filio cuius ad hoc nos cogat ratio nature quam dominicum preceptum. Unde aliquos sentire contrarium. et aliquos distinguere de dilectione affectuali et effectuali. Dicendo quod dilectione affectuali. plus diligendi sunt parentes propter prebita beneficia. Affectuali vero plus diligendi sunt filii. quia vnus plurimum plus indigent. Sed po-

ne equaliter vtroque indigentia. tunc putamus plus subueniendum esse parentibus scilicet patri et matri quam filiis. De vxore autem quod erat tertium dicitur quod preferenda est parentibus quantum ad cohabitacionem. non quantum ad dilectionem. Unde illud. Relinquit homo patrem et matrem suam. et adhaerebit vxori suae. Intelligendum est quod magis adherendum est eis quam parentibus cohabitacione. non tamen magis dilectione. eo quod multa plura beneficia a parentibus exhibita sunt quam ab vxore.

An omnes teneantur

Dilectionem inimicorum. Dilectione autem inimicorum an teneamur omnes ad eorum dilectionem? et an teneamur eis omnes ostendere signa familiaritatis? Et dicitur quod sic scilicet quod omnes tenentur inimicos diligere. eo quod super hoc extat preceptum diuinum. Matthei. v. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderunt vos. Sed hoc quo ad affectum dilectionis quo simpliciter tenentur omnes inimicos diligere. quo vero ad signa dilectionis et ad effectum non tenentur omnes (ut dicitur) inimicum diligere. nisi viderint eum necessitate patientem. vel veniam non ficte seu irrisorie sed veraciter postulantem. vnde si saluat non irrisorie saluandus est. Perfecti vero saltem religiosi ad amplius tenentur. Propter scandalum enim cuiusdam coram his precipue qui sciunt quod offensi sunt tenentur offerre signum dilectionis. Nec tamen intelligas de tali inimico qui fide christiana et fidem catholicam impugnat. quia sic impugnari nisi in vltima necessitate non est subueniendum.

De quodam alio ordine diligendorum

In summa nota sunt Augustini. et Ambrosii. et alios expositores quod primo diligendum est deus. deinde anima propria. deinde anima proximi. deinde corpus proprium. et postea corpus proximi. Intelligitur autem prior parentes. scilicet pater et mater. secundo filii. deinde alii cognati. Ut autem vxor sit preferenda filiis certum non habeo. pro filiis et vxore domesticis. scilicet noti deus extranei non inimici. deus inimici. Quod autem iubemur diligere priores sic nosmetipsos sic intelligendum est quod si eorum optatum est eis bonum eternum sicut nobis. Ad eum tenemur temporalia

Compendiū theologie

equaliter eis vt nobis ministrare. sed no-
bis primo postea autem ipsis.

De quatuor virtu- tibus cardinalibus in generali.

Requirit breuiter aliquid dicere
de virtutibus cardinalibus / scz de
iusticia que fm Aug. est in sub-
ueniendo miseris. de prudentia
que est in cauēdis insidijs. de fortitudine
que est in pferendis molestijs. et de tem-
perantia que est in prauis delectationibus
coercēdis. De quibus primo dicendū est q̄
re dicantur cardinales et ciuiles et politice.
Deinde de singulis que sit quilibet virtus
in se. Et q̄ sunt proprij eaz act⁹ tā in via
q̄ in patria. Postremo de ordine earum
ad septem vicia capitalia.

Quare dicte virtu- tes dicuntur cardinales ciuiles et politice.

Dicuntur autē fm quosdā virtu-
tes cardinales quasi cordiales
ad differentiā virtutū corpora-
lium. Tardo enī fm ysidorum
a corde deriuat. qz a cordian grece qd est
cor latine. Vel vt alij volūt dicuntur cardi-
nales qz in eis sicut in cardinibus / ois alia
virtus maxime ciuilis voluit. Secundū
autē phos qui de ipsis tractauerūt dicū-
tur cardinales / qz in his sicut in cardine
est reuolutō totius vite hūane fm status
honestū et ciuilem. Ciuiles autē dicuntur
quia constituūt bonū statū vnus cū al-
tero in ordine ciuī. his enī virtutibus fm
Plotinū phm et macrobiū. boni viri rei-
publice cōsulant. vrbes tuent parētes ve-
nerant. primos amāt. Politice autē di-
cuntur / eadem de causa / qz idē est polis gre-
ce quod est ciuitas latine. et ideo politice
dicuntur quasi ciuiles.

De virtute iusti- cie in speciali.

Est autē iusticia fm Augusti.
virtus tribuēs vniciqz qd su-
um est. Que diffinitio cōuenit
iusticie tam fm statū vie q̄ fm
statū patrie. Alia autē diffinitio q̄ po-
nit q̄ iusticia est subuenire miseris / cōue-
nit iusticie tñ fm statū vie. Ponitur
autē fm magistz in tertio li. sententiarum
duo eius actus scz actus ei⁹ in patria. qui

est deo regenti subesse. et actus ei⁹ in via q̄
est miseris subuenire. Hi sunt actus gene-
rales ad quos tenentur omnes. Sunt ac-
t⁹ et alij actus eius speciales ad quos nō ita
indifferēter omnes tenent. qui sic (quantū
ad propositū p̄sens sufficere pōt) distin-
guuntur. Jam tactū est q̄ actus generalis
iusticie est vniciqz tribuere qd suum est
hoc est superioribus paribus et inferioribus. Su-
prioribus quidē preeminētiaz hoc dupli-
citer. Quia vel generalit⁹ et sic dicitur actus
eius in ferioza potioribus subdere. quā po-
nit August. de libero arbitrio. lib. ij. Vel
specialit⁹. et sic dicitur actus eius soli deo des-
uere. De quo August. vi. lib. sue musice.
Si autē sit in tribuēdo qd suū est paribus
sic est triplex actus ei⁹. Un⁹ paria sibi met
copulare. de quo augu. de libero arbitrio
li. i. Alius nullis coequiri / nisi purificatis
animis. Tertio nullis dñari appetere ni-
si nature corporali vlt bestiali. de quibus duo
bus Augu. in. vi. sue musice. Si autē in
tribuēdo quod suū est inferioribus hoc est
dupliciter. Vel quoad penā subleuandā
et sic ei⁹ act⁹ est miseris subuenire. fm ma-
gistz in. iij. li. sententiarum. Vel qd culpam
corrigendā et sic eius actus est iniq̄s mo-
ribus corrigere et punire. De quo Augu.
sup. Beñ. libro. xij. ad litteram.

De virtute prudē- tie in speciali.

Prudencia fm magistrū in. iij.
sententiarum est in precauēdis in-
sidijs. vñ sic aptius diffinitur.
Prudentia est virtus reꝝ bona-
rū vel malaz neutraz qz discretio / cū fu-
ga mali et electōe boni. Et dicitur neutrarū
qz hoc est indifferētū. que scz neqz bone
neqz male sunt. quale est frangere festucā.
vel hmōi. Et trahit diffinitio p̄ns et ver-
bis Aug. li. vbi dicit q̄ prudē-
tia est bonaz reꝝ et neutraz sciētia. Po-
nuntur autē plures prudētie actus. Actus
eius in patria duplex est. Un⁹. nullū bo-
num deo p̄ponere vel eāre. qui ponit per
magistz in. iij. li. sentē. Alius ipam cōcu-
piscere veritatē. de quo August. in. vi. sue
musice. Actus prudētie vie ponit qn-
qz. scz precauere insidias. qui ponitur p ma-
gistz in. iij. li. sentē. Itē mala deuitare. de
quo August. sup. gen. li. xij. ad litteram. Itē
in corruptōem corruptōni p̄ponere. de q̄

Aug. de libero arbitrio. li. i. Itē discerne-
re bonū a malo. de quo Augu. de ci. dei. li.
i. Item eterna preponere temporalib'. de
quo August. in vi. sue musice.

De virtute forti

Fortitudo autē est in-
trepiditas in
pferendis molestiis. Unde fm
quosdā sic aptius diffinit. For-
titudō est immobilis animi in-
ter aduersa laborū z periculorū equa susce-
ptio. Cui' q̄druplex assignat' actus vie
Un' firmare animū cōtra t'pales molesti-
as. de q̄ Augu. Ali' nō aduersi-
tate nec mortē t'palem formidare. de quo
August. in. vi. sue musice. Ali' a sapiēter
electo nullis terrorib' nullisq; penis de-
pellit. de quo Augu. de libero arbitrio. li. i.
Alius p dilecto habēdo aduersa tolerare
de quo August. sup. Beñ. li. xij. Actus
patrie duplex est. Un' firmissime deo ad-
herere. qui ponit p magistrū in. iij. sentē.
Alius nihil moleste pati q̄ ponit per Au-
gusti. in. vi. sue musice.

De virtute tempe

Temperantia in speciali.
Temperantia est i prauis delecta-
tionib' coercedis. Diffinit' at
sic ab Augu. in li. i. de libero ar-
bitrio. Temperantia est affectio/ coercens
appetitū ab his reb' q̄ turpiter delectant
Cui' actus assignant' in via. Subtra-
here se ab amore inferioris pulcritudis.
de quo August. in. vi. sue musice Itē coer-
cere cogitatōes prauas de quo in. iij. sen.
Itē libidinē refrenare. de quo augu. sup.
Beñ. xij. Itē refrenare cupiditates ab his
que t'paliter delectāt. de q̄ augu. de libero
arbitrio. Actus autē patrie est nullo re-
spectu noxiō delectari. de q̄ in. iij. sen. Itē
immaculatū manere. de quo augustinus
in. vi. sue musice.

De effectū dicta

Irum virtutū z an sint in patria.
Sēte q̄tuor virtutes/ hoiem ad vir-
tutes theologicas hūdas/ habilitāt
Dis nihil vtili' est in vita dūmodo ifor-
ment caritate. Tūc enī eq̄ merito rie sunt
vite eterne/ sicut theologice. An autē he
virtutes future sint in patria. dicit magi-
ster in li. sentē. q̄ sic fm aliquos earū act'

vt patet p singulas iuxta supra tacta:

De ordine dictarū

virtutū ad septem vicia capitalia.

Ultimo dicēdū qualiter p has se-
ptem virtutes septē vicia capi-
talia expellant. Fides enī que
mentē illuminat expellit supbiā
que cor excecatur. Spes q̄ gaudio futuroz
cor letificat/ expellit irā que pñti miseria
mentē conturbat. Charitas q̄ gaudet de
primi prosperitate/ delet inuidiā q̄ est odiū
felicitatis aliene. Fortitudo p quā in ac-
tus viriles cōsurgimus expellit acidiā p
quā desidia tabescim'. Iusticia q̄ sua vni-
cuiq; tribuit/ elimiat auariciā q̄ aliena re-
tinet z rapit. Temperantia q̄ excessum rep-
mit. expellit gulā que modū excedit. Pru-
dentia que fm augu. incorruptōem cor-
ruptioni preponit/ euacuat luxuriā qua
corrūpitur corpus z anima.

ExPLICIT quartus tractatus hui' libel-
li qui est de explanatōne virtutum:

Incipit tractatus

quintus de septē petitiōib' contentis in
oratōne dōminica z earum expositōne.

Tractatū de

septē petitiōib' q̄ in ora-
tione dñica cōtinent' aliq̄
fm or dñicē hui' libelli po-
nūt. scz imediate post tra-
ctatū de articulis fidei. z ante tractatū de
decem pceptis legis. Dic vero q̄nto loco
poni placuit. s. inter tractatū de septē vir-
tutib'. z tractatū de septē donis spūs san-
cti. ea scz consideratōe q̄ in ipsis septē pe-
titiōib' sic in ipsa oratōne dñica cōtētis
effectualiter/ ipse septē virtutes/ ipsaq; se-
ptē dona spūs sancti/ peti videant'. Cir-
ca quē tractatū primo videndū venit de
efficacia modi petendi q̄ describit' in pro-
hemio dicte oratōnis dñicē. De distinctō-
ne z expositōne ipsaz petitiōnū pticula-
riter. De numero z sufficiētia earū. De or-
dine earū ad septē vicia capitalia.

De efficacia modi

petendi p̄tenti in probemio dicte orōis

Compendiū theologie

Pater noster. **A**um hec orō a sapiētissimo vtpote ab eo qui est ipsa sapiētia infinita. rveracissimo vtpote ab eo qui est fons rorigo totius veritatis/cōdita sit. Patz q nihil ei deesse poterit. siue quo ad petēdi modū. siue quo ad sufficientiā bonorum petēdoz. **M**odus autē petēdi efficacissim⁹ describit in tribz primis vbis petitiōnes pcedentibz. qbus ad misericordiā flectit anim⁹ patris misericordiarū. ideoqz ea his septē petitiōibz premisit quasi qdādam phemiū. in quo oñdit orantē in cōsequēter petēdis fore exaudiendū. **A**ū enī ad sufficientē agentē tria cōcurrere debēt. scilicet q sit sciens volēs r potēs. in hoc q dicit pat. oñdit eū scire r aduerrere nostrā. i. filioz suoz indigētiā. iuxta illō **M**ath. vi. **S**cit enī pater vester qz his oibus indiget. **I**n hoc autē q dicit noster. ostendit eū subuenire volentē. suis enim omēs boni diligēt subueniūt/aliouin boni nō essent. **U**n. i. ad corin. v. **S**iqs autē suoz r maxime domesticoz curā nō habet/fidē negauit. r est infideli deterior **I**n hoc etiā q dicit. q es in celis. ostēdit ipm potētem **Q**uia vt habet **M**acha. iij **D**e celo fortitudo est. **A**um igit his verbis oñderim⁹ ipm scientē nostrā indigētiā/r subuenire potētem. necessario flecremus ipm ad misericordiā. **A**it ergo pz noster. **E**t hic stat hoc nomē. pat. essentia liter siue p essentia r nō psonalit siue p psona. **D**icit enī isto modo de⁹ pater oim **Q**uod r adhuc pōt tripliciter dici. scilicet cōiter. proprie. r magis pprie. **C**ōiter. per creatōem r sic nō tm psona patris sed tota trinitas dicit pat oimium. r nō tantū electoz. sed etiā pueroz. **U**n deutroñ. xxxij. **P**opule stulte r insipiēs. nūquid nō ipse est pater tu⁹ qui possedit te. fecit te r creauit te. **P**roprie autē dicit pater p adoptōnem. r sic tm dicit pater bonozū. **U**n ad **R**homa. viij. **A**cceperitis spūm adoptōis filioz in quo clamatis abba pz. proprijs siue autē dicit pater p generatōem r sic psona patris tantū dicit pat vni geniti filij sui. **D**uobz primis modis dicit pater noster tota trinitas. sed tertio modo nō dicitur pat noster de⁹. sed tantū filij sui. **E**t q patet q hec orō nō dirigit ad patris psonā tantū. sed ad totā trinitatē. **S**equitur qui es in celis. **N**on excludit tamē p hoc

quin sit vbiqz. **E**t qz vbiqz sit essentia liter potēntialiter r pntialiter. magis tm in celis dicit esse. qz vbi magis videt reluce re virtus sua r opatio/ ibi dicit pnt esse qz alibi. **S**icut anima licet vbiqz sit in corpore. tamen magis dicit esse in corde fm aliquos. vel in capite fm alios. qz ibi nobiliores apparent opatōes sue. **E**t hoc est quod dicit **A**ugust. de spū r anima. **S**icut deus vbiqz totus est in toto mūdo et in oimī creatura sua/ sic tota anima in toto corpore suo tanqz in quodā mūdo suo ē r in oimī eius pte. **I**ntensius tamē in corde r cerebro. quē ad modū de⁹ est r dicitur precipue esse in celo. **I**n his autē septē petitiōibz/ omne bonū generi hūano necesse faciū petit. **E**t enim dicit glosa **A**ugust. **N**ihil homini deest qd his septē petitiōibus nō cōtineat siue ad presentē siue ad futurā ptimeat vitam. **P**etit enī in eis accessus omīs boni. tam creati qz increati. **I**tem recessus omīs mali. tam sez pntis/ pteriti/ qz futuri. vt patebit inferius.

De effectu prime

Prima ergo petitiō (petitiōis est vt cōfirmetur in nobis noticia siue cognitō veri dei. q habet p fidē orthodoxā. **E**t hest quod dicit. **N**omen tuū. i. noticia tua vel notamē tuū/ sanctificet. i. cōfirmet in nobis. **S**anctū enī idem qd firmū r scificare idem qd confirmare est. **S**cōm papiā enī dicit sanctū a sancio sancis quod idē est qd confirmare **Q**uasi diceret firmet in nobis p fidē verā/ noticia tua. vt sicut tu semp in te firmus es. qz etern⁹ r incōmutabilis/ ita da q te firmiter cognoscam. **U**el nomē tuū sez paternitatis. quo pz noster diceris. sanctificet. i. firmet in nobis scilicet vt filij tui p gratiā semp maneam⁹ **U**nde glosa. **O**ram⁹ ne a sanctificatōe nominis in aliquo discrepem⁹. ne patris nomen in filijs/ moribus r vita offendatur **U**el nomē tuū quod in se venerabile r sanctū est. sanctificet id est sanctū in nobis ostēdat. sic q sicut sanctū est in se ita nos sanctificet. **U**nde glosa. **N**omen patris petimus sanctificari in nobis. nō vt ipm sanctius sit. sed vt in nobis augmentum sue sanctificatōis operetur.

De effectu secūde

petitionis.

Secūda petitiō est qua petitur regnū seu gaudiū futurum. siue etiā speciale dei regimē quo ad p̄sentem statū cum ait. *Adueniat regnū tuū. scilz in nobis. id est ad nos veniat. Unde August. Per hoc desiderū nostrū excitam' vt regnū suū nobis veniat et in eo regnare mereamur. Et signāter dicit adueniat. i. ad nos vēiat. quia virtute meritoꝝ nostrorū ex cōdigno ad ipm puenire non possum'. sed oportet vt gratuito ad nos accedat Unde ad roma. vi. Gratia dei vita eterna. Sile. Bath. iij. penitentiā. agite appropinq̄bit enī regnū celoz. Vel sic. regnū tuū. i. ecclia tua adhuc in terris militans. De quo regno. Luce. xvij. Ecce regnū dei intra vos est. Adueniat. i. ad aliud regnū tuū veniat. s. ad eccliam triūphantē. Vel adueniat. id ē ad te veniat. scilz vt te videat p sp̄m sicut nūc videt p fidem. Vel regnū tuū. id est sp̄iale vel speciale regnū tuum / adueniat nobis. vt scz in nobis p speciale effectum regnare cognoscaris et percipiaris Unde glosa. Regnū dei semp presto est. sed petimus vt veniat. i. vt manifestet hominib' a quibus velut lux a cecis nō videtur.*

De effectū tertie

Tertia petitiō est (petitionis qua petim' vt cōformis fiat voluntas nostra / volūtati diuine Et est hec. fiat voluntas tua sic in celo et in terra. Sicut supple fit in celo ab electis. Hoc est. da vt cōformes tibi fiamus in terris. sicut conformes tibi facti sunt sancti in celis. Vel fm alios. Voluntas. i. volūtū tuū scz illud qd vis fieri circa nos / qd specialit' est iustificatio nostra. Unde ad Thessa. iij. Hoc est enī voluntas dei sanctificatio nostra. Fiat id ē adimpleat. Non volūtas qdē in se q fieri vis. qz illa eterna est. nec in se alit' fieri potest. sed fiat p executōem et effectū adhibitōnem. fieriqz cognoscat. Vel sic. fiat voluntas tua in terra. i. in homine q terra ē. An. Sen. ij. Formauit igit' dñs deus hoiez de limo terre. Et ecclia. xvij. Deus creauit hominē de terra Et itez. Omnis homo terra et cinis. Quod proprie pōt intelligi in homie peccatore. Quertendo. sicut supple fit in celo id est in homie sancto iā cō-

uerso et iustificato. quasi dicat. **C**ōuertāt mali et faciāt que tibi placita sunt. scilz iusta et bona opa. sicut faciūt boni iā cōuersi. Que tamē intelligēda sunt de volūt' q procedūt a volūtate bñplaciti que semp bona sunt. et nō de his que pcedūt de voluntate pmissionis que mala plex qz sūt. **N**ec ei erit malū in ciuitate quod dñs nō fecerit Amos. iij. **E**xpōit etiā sic. fiat voluntas tua in terra. i. i ecclia. sicut supple fit in celo. i. in xp̄o qui celū dicit quia i eo deitas celata est. Unde Isa. xlv. Vere tu es deus absconditus.

De effectū quarte

Quarta petitiō est (petitionis qua petit tempale subsidiū ad sustentatiōem vite. Et est hec. Panem nostrū quotidianū da nobis hodie. Quatē hec petitiō ptineat ad corpalem necessitatē specialit' testatur **A**thysost. sup Bath. ita inq̄ns. Quia hominib' loq̄batur carne indutis et necessitati nature subiectis / docuit subsidium peti nature infirmitati. Dicit igit' panē nostrū quotidianū. i. corpalem vel vsualē id est nobis quotidie necessariū. **U**n. **B**a. thei. vi. loco quotidianū habet supersubstantialē. Ante enī peccatū / fuit panis. i. cibus homi substantialis. sed post peccatū. factus est sibi supsubstantialis. i. necessarius ad hoc vt sustentet in vigore. **U**n. nec p diem naturalē / sine languore viriū potest homo eo carere. Et ideo subdit da nobis hodie. **E**t ponit hic panis p omni genere sustentamēti corpis. vnde panis dicit a pan qd est totū fm **I**sidor. **E**t ponit etiā de pane spirituali. scilz de corpore christi seu de eucharistia. sic scilz panem nostrū. christū scilz. vel eucharistiā q verissim' panis est / et efficacissim' anime cibus **J**oh. vi. Ego sum panis viu' q de celo descendi. quotidianū. i. quotidie necessariū. Da nobis hodie. **S**z nūquid fm hoc debet qlibet de ecclia quotidie cōmunicare. **D**ic q tripliciter cōtingit cōicare scilz corpaliiter seu sacramentaliter tātum. et isto modo cōicant mali quādo in peccato mortali sumūt corp' christi. **I**te spiritualiter tantū scilz credendo sacramentum. **T**redere enī / est spiritualit' manducare fm illud **A**ugust. **C**rede et manduca sti. Et isto modo cōmunicant quotidie

Compendiū theologie

omnes boni Item corporaliter seu sacraliter et spūaliter. et isto modo communicant quotidie boni sacerdotes q̄ celebrāt. et alij boni de ecclesia dñi cōmunicāt. Qd̄ quilibet christian⁹ debite etatis tenet facere ad minus semel in anno scz in pascha. Sed cū cōpleta refectiōe corporali vel spūali habeam⁹ quod in ista petitiōe petim⁹. vt quid post prandiū istā orōnē iteramus? Ad quod dicit q̄ sensus hui⁹ petitiōis duplex est. scz vt panis detur et vt in comedētis nutrimentū. non autē in detrimentū cōuertat. Et ratōne primi habet locū hec oratio añ susceptiōem cibi. Rōne vero secundi habet locū post susceptiōem.

De effectu quinte

petitiōis oratiōis predictae.

¶ Quatuor igitur precedētib⁹ petitiōnib⁹ petit accessus omnis boni In tribus vero sequētib⁹ / ponit amotio omnis mali. In hac igitur quinta petitiōe petim⁹ absolui a malo preterito. Et est hec Dimitte nobis debita nostra. i. peccata que nos / pene debitores constituāt. Sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Quasi dicat. Sicut te velis habere ad nos in debita nostra dimittēdo. sicut nos habem⁹ nos erga debitores nostros q̄b⁹ debita dimittimus. Et intelligas q̄ hec oratio pferatur in persona totius ecclie que in bonis stat. qui peccātib⁹ in se debita dimittūt. Alioquin si in psona sua intentiōem imputando diceret peccator in se peccantibus nō dimittēs. mentiret. sibi met impcans malū fm̄ quod dicit August. Si nō dimittis mētris. et ei mentiris quem nō fallis. Sed fm̄ aliq̄s istud in pctōre videtur posse saluari orādo iuxta priorē modū. p hoc q̄ ly nos. et ly nobis / supponāt p diuersis. Et hic sit sensus Dimitte nobis infirmis debita nostra. sicut et nos boni et pfecti dimittim⁹ debitoribus nostris. Sed istā expositiōnē vt nimis extortā credo derelinquendā. Expone sic igitur. Dimitte nobis debita nostra id est peccata que nos cōstituūt debitores. Vel debita nostra. i. penas nobis pro pdictis peccatis nostris debitas. cōmutando saltem eternas quas peccādo meruim⁹ / in temporales. sicut et nos dimittim⁹ id est iuste dimittere debem⁹ / debitoribus nostris. vt saltem eos nolimus vel hic vel in futuro ob

ligari. cum aliqd̄ scilicet fecerint quare ob ligare desiderint. vtpote cū satisfecerint si possint. vel saltem cū petierint veniam / si nō possint. Unde hic nota q̄ dupliciter cōtingit alicui dimittere. Uno modo dimittēdo rancorē. sic. s. q̄ nec malū inimici velis pcurari. nec eius bonū minui. bñ tamen velis illud qd̄ in re deliquit aliqua ten⁹ satisfieri. Et ad hoc tenent omnes indifferēter. quia hoc om̄ino pceptū est saltem sub intellectu. Alio modo dimittere contingit. nō solum dimittēdo rancorē sed om̄ino sine satisfactiōe iniuriarū / sine q̄ restitutiōe rerum. nec nō sine interuētū p̄cum omnia dimittere ac et puro corde diligere. et ad hoc tenēt tantū pfecti. quia isto modo solum cōsiliū est.

De effectu septe

¶ Extra petitiō est re (petitiōis) spectu amotiois mali futuri. in quod / varijs t̄pibus / ex carnis mundi et demonis tentatōib⁹ / incidere formidam⁹. Et ē hec. Et ne nos inducas in tentatōem. Quod intelligep̄missiue. id est nō induci sinas in tentatōnem. hoc est ne pmittas nos succūbere tētationi. Aliud est enī in tentatōem duci. et aliud induci. In tentatōem enī ducitur qui a tentatiōe pulsatur. sed nō deijcit. In tentatōem vero inducit / qui a tentatione pulsatur eo q̄ a gratia nō supportat sed sibi relinq̄tur. a tentatōe frangitur et absorbetur. Quia ergo nō est malū a tentatōne probatiōis vel etiā suggestiōis duci. q̄nimo est occasio exercende virtutis. qz beatus vir qui suffert tentatiōem Jaco. primo. Non petimus hic vt nō ducamur in tentatōem. sed ne inducamur id est ne interius inducamur et succūbamur. Unde glosa. Nō precamur nō tentari. sed nec etiā modicū a tentatōnibus vinci. Tentatiō enī necessaria est ad coronā. Et cū duplex sit tentatiō scilicet probatiōis et suggestiōis. nō dicitur deus proprie inducere in tentatiōes suggestiōis. quia vt dicitur Jacob. p̄mo. Ipse enī deus neminē tentat. Sed ideo (vt dicit Augustinus) dicitur aliquē inducere in tentatiōes. nō qz ipse inducit. sed qz aliquādo induci pmittit. vel saltem quod inducat non impedit.

De effectu septi

me petitionis:

Sextima et ultima petitio est respectu amotionis mali presentis siue instantis. Unde glosa ordinaria sup isto passu dicitur: **S**ed libera nos a malo. In illam que nondum est supple tentatione; ne nos sinas induci quod intellige petitione precedenti petitum est. et ab ea in qua inducti sumus libera nos. Et hoc est quod dicitur libera nos a malo. tam scilicet visibili quam invisibili. et tam peccati quam culpe. Unde simpliciter dicitur a malo nihil determinando. dans hoc de omni malo intelligi posse et debere. Unde sic intelligendo petit amotionem omnis mali instantis. Est autem quadruplex malum. Unum originale. aliud actuale. quod est duplex. Nam aliud est mortale. aliud veniale. Quartum malum est pena peccati consequens. Primum autem malum est in actu. duo sequentia sunt malum additum. Quartum est malum inflictum. Et ab omnibus his petimus liberari. Dum in persona ecclesie orantes et loquendo dicimus. Sed libera nos a malo. etc.

De numero et sufficientia predictarum petitionum.

Numerus vero et sufficientia predictarum petitionum sic accipitur. Omne quod rationabiliter peti potest. aut est collatio boni. aut amotio mali. Si est collatio boni. aut boni creati scilicet dei. aut boni creati. Si est collatio boni increati. hoc potest esse dupliciter. Vel scilicet per veram fidem confirmet eius notitia in nostro aspectu. et hoc petitur ibi. Sanctificet nomen tuum. Vel ut sua voluntas confirmet in nostro affectu et hoc petitur ibi. fiat voluntas tua etc. Si vero petatur collatio boni creati. hoc iterum potest esse dupliciter. Vel scilicet ut conferat bonum eternum aut ut est regnum celorum. Et hoc petitur ibi. Adveniat regnum tuum. Vel ut conferat bonum temporale ad sustentationem. Et hoc petitur ibi. Panem nostrum quotidianum. Si autem fiat petitio per amotionem mali. hoc potest esse tripliciter. Vel scilicet ut amoveat malum preteritum siue in preterito commissum. Et hoc petitur ibi. Et dimitte nobis debita nostra. Vel petitur ut amoveat malum futurum. Et hoc petitur ibi. Et ne nos inducas in tentationem. Vel petitur ut amoveat malum presentis et hoc petitur ibi. Sed libera

nos a malo.

De ordine ipsarum petitionum ad septem vicia capitalia.

Nunc videndum venit qualiter in his septem petitionibus cohiberi petuntur septem capitalia vicia. In prima igitur petitione cohibetur superbia. Superbi enim non sanctificant nomen dei. sed nomen suum proprium. sicut quod dicitur psalms. Vocaverunt nomina sua in terris suis. In secunda petitione eliditur invidia que est dolor alieni boni. Unde non desiderat ut proximo adveniat bonum sed potius malum. et contrario in ista petitione petitur commune omnium bonum. In tertia petitione refecatur ira. que voluntate dei non sequitur sed proprium imperium. et contrario in ista petitione petitur voluntate dei fieri. Vel aliter sicut aliquos dicitur potest quod in secunda petitione eliditur ira que bonum homini non patitur evenire. Ibi enim advenire petitur. Et tunc in tertia refecatur invidia. que specialiter sanctam dei persequitur voluntatem. ut dicit Hieronymus. Quis contrarium in dicta petitione orat. Et sicut istum sicut modum ponendi. ordinantur petitiones ad vicia in secunda tabula per aliquos circa hec confecta. In quarta autem petitione expellitur acedia. Ibi enim petitur robur tam spirituale quam corporale quod conferat in pane corporali et spiritu ali. quod quidem evacuat acediam que est ignavia et tedium vite. In quinta petitione eliditur avaricia que est imoderatus amor congregandi et retinendi temporalia. Unde et debita semper erigit nec dimittit. Quis contrarium ibi petitur et offert. In sexta petitione extirpatur gula. ex qua ortum habuit primaria hominis tentatio. cum ibi petatur amotio tentationis future. In ultima petitione refecatur luxuria que specialiter semper habet secum malum tam corporis quod ipsa debilitat. quod qui fornicatur in corpore suo peccat. quod etiam spiritus cuius vires enervat. Unde ibi petatur amotio omnis mali presentis

Explicit quintus tractatus huius libelli qui est de explanatione septem petitionum in oratione dominica contrariorum.

Compendiū theologie

Incipit tractatus secundus de septē donis spiritus sancti et eorū declaratione.

De modo dē donis spiritus sancti sub cōpendio agendū est. Ubi primo dicēdū erit. vtrū idem sint qđ septē virtutes denoia / te. Et si nō. in quo ab eis differūt. Quod sunt dona. et que sint. Deinde de singulis donis in se aliqua tangēda erūt. Postremo qualiter per ipsa dona / excludūtur seprem peccata capitalia.

Utrū septem do / na spiritus sancti sint idem quod septem virtutes. Et in quo differunt.

Omniū autē fere opinio est / qđ dona nō sunt virtutes. Sed differentia inter virtutes et dona assignādo / magna est diuersitas. Quidā enim dicunt qđ virtutes / principalit̄ sunt ad agendū et qđ ideo definiūtur p̄ actus et opatiōes suas. Dona vero principaliter sunt ad resistendū tentatiōibus. que viā iam habite virtutis / pugnāt. Alij sic dicūt et melius. qđ virtutes simpliciter sunt ad agendū. sed dona sunt ipsaz expeditiōes virtutū. et sic sunt ad magis expedite agendū. Sunt alij qui distinguūt dicētes qđ in donis illa qđ p̄tinēt ad affectū sunt virtutes. Illa vero qđ p̄tinēt ad aspectū rez / sunt p̄prie dona. Et hi solūt facile que ex vtraq; p̄te obijci possunt. scz vtz sunt virtutes vel non. Et quia opinio media / in nitit̄ sententie b̄ti Greg. a plurib; probabilior habetur.

Quot sint dona

spiritus sancti et que sint.
Quot et que dona sint patet per Isaiā. xi. capitulo vbi tangunt̄ septē dona spūs sancti hoc ordine. Requiescet sup eum. scz xpm. spūs sapiētie et intellectus. spūs consilij et fortitudinis. spūs scientie et pietatis. et replebit eū spiritus timoris dñi. Duo autē p̄ma digniora sunt que regūt vitā cōtemplatiuā scz sapia et intellectus. Alia autē qñ

qđ sufficiēter regūt vitā actiuā. Et fm hoc sumit̄ ab aliquib; numerus et sufficiētia ipsoz septē donoꝝ sic scz. Hā aut ipsa dona que (vt tactū est) sunt quedā ipaz expeditiōes seu p̄fectiōes virtutū. ipam virtutem p̄ficiūt respectu vite cōtemplatiue vel respectu vite actiue. Si respectu vite cōtemplatiue qđ circa diuina et celestia versat̄. aut ipsam virtutē p̄ficiūt per modum cuiusdā expiētie et gustus et hoc fit p̄ donum sapiētie. aut p̄ modū cuiusdā itime inuestigatiōis et speculatiōis. et hoc fit p̄ donū intellectus. Si respectu vite actiue que circa agibilia versat̄. aut p̄ficiūt ipam virtutē q̄stū ad recessum a malo. et hoc fit p̄ donū timoris. aut ipsam virtutē p̄ficiūt q̄stum ad opatiōem boni. et tunc vel boni ad quod oēs tenent̄ et quod est in cōmuni opatiōe. Vel boni ad quod nō oēs tenent̄. vt est bonū arduū. Si quantū ad opatiōem boni ad quod oēs tenent̄. hoc cōtingit duplicit̄. Nam vel donū in tali opatiōe virtutē p̄ficiūt tanq̄s ipm opus exequēs. Et tūc est donū pietatis. vel tanq̄s ipm opus regens et dirigens. et tūc est donum sciētie. Si quantū ad opatiōem boni ad quod nō oēs tenent̄. hoc itē cōtingit duplicit̄. nam vel donū in tali opatiōe virtutē p̄ficiūt tanq̄s opus ipm arduū exequēs. et tūc est donū fortitudinis. Vel tanq̄s ipm opus arduū regens et dirigens. et tūc est donū consilij. Alij p̄ alios sumit̄ iste numerus et sufficiētia p̄dictorum donoꝝ fm alijs ipsoꝝ donoꝝ rationes. et hic inserere / visum est causa breuitatis nō expedire. Nota insup qđ illō donū qđ in p̄dicta Isaiē assignatōe / vltimo loco ponit̄ scz donū timoris / est p̄mū in ascēdendo. iuxta illud psalmiste. Initium sapientie timor dñi. A quo timoris dono / fit qđdam p̄ alia dona gradalis ascēsus. Ne eni timor cōceptus / gelidus foret aut aridus. seq̄tur donū pietatis que ad oīa vtilis est. Et ne pietas ipsa / nimis remissa aut nimis p̄diga aut aliquo modo inordinata esset / adiungit̄ ei donū scientie que opa pietatis regat vt discrete fiat. Et ne scientia inualida foret / addit̄ ei donū fortitudinis vt quod aliq̄s p̄ scientiā b̄ni facere nouit / p̄ fortitudinē exequi facto possit. Et ne fortitudo p̄sumptuosa vel impetuosa esset / adiungit̄ ei donū consilij qđ regi possit op̄ fortitudinis et debito mo /

do cōpūmi. quia s̄m Grego. fortitudo si ne consilio precipitat. Et ne consiliū in cautū foret. adiungit ei donū intellectū. q̄ est cognitio bonorū spūalium/ quo cōsiliū in ipsa spūalia dirigi possit. Et vt intellectus modo debito tempetur z ordine tur datur ei sapientia que est cognitō per gustum diuine dulcedinis. Que sapientia a sapore non a sapere dicta est.

De dictis septē donis in speciali. Et primo de dono timoris.

Nunc breuiter de singulis donis in se/ aliqua tāgenda sunt. Et priō de dono timoris. vbi priō dicit. Quid sit timor. De inde dicit sunt ei spēs. Et q̄ eaz sit donum

Quid sit timor et quot sunt eius species.

Timor s̄m August. sup Johā. sic diffinitur. Timor est fuga animi: ne perdat quod diligit. Idē in li. de ci. dei. Timor est affectio vel amor fugiēs quod ei aduersat. Species autē timoris ponūtur. vi. Est enim timor mūdān. hūan. naturalis. seruilis. inicalis. filialis. Timor mūdān. est q̄s timet amittere que mūdi sunt z iō nō peccat si ea amittat. Humanus est quo q̄s ex deliberatiōe tm̄ timet penā sui corporis. Naturalis est quo q̄s naturalr timz morte siue horribile aliquid añ deliberatiōez rōnis. q̄ timor viciōsus non est sicut duo priores. Seruilis est q̄ quis offendere timet tm̄ ne incurrat penā gehēne. Iste alitū hz vtilitatē. qz frequēter itroducit caritatē sicut fera itroducit filiū sutoris vt phibet August. Inicalis est q̄ q̄si duplicē habet oculū seu respectū. vnū ad filiā pene. aliū ad amorē glorie. Seruit ei deo prim timore gehēne. prim amore glorie vel iusticie. Filialis siue castus est q̄ timem. ne xps aie nostre spōsus aut taret aut discedat. aut aliq̄ten. offendat. hic est timor sc̄tus q̄ pmanet in seclm seculi. qui alio noie dicit reuerēntialis. Quis at timor istoz sit donū spūs sancti prz qz nec timor mūdān. nec timor human. q̄ simpliciter mali habent. nec naturalis. qz donū est quidē diuinit. infusus. nō innat. timor vero natural. innat. est. Nec filialis timor. pprie tm̄ sumēdo donū nisi genera-

liter sumeretur. sicut generalr dicit donū de oibus que datur a deo. z sunt supra naturā ad ordinādū aliquo mō vitā in bonū gratie. sicut z fides in formis dici potest donū dei. S; inicalis timor. z cast. siue reuerēntialis pprie dicit donū spūs sancti. Cōcedunt tm̄ aliq̄ simplicit. qz timor filialis sit donū spūs sancti. z tm̄ negat qz fil. insit cū spūs sc̄to/ qz qualiter esse possit nō video.

De secundo dono

Spūs sc̄ti scilz dono pietatis. Equit de dono primo qui est in ascendendo scz de dono pietatis. Vbi priō videndū qd sit quot modis dicat. z s̄m quē modū sit donum spūs sancti. Diffinit autē sic pietas. ab Aug. Pietas est cultus dei quā greci eusebiā vocāt. Itē greg. sup iob. Pietas est que docet op. mie. Scdm tullū in fine primi sue rhetorice Pietas est beniuolentia in parente. Magistralis vero diffinitio hec est. Pietas est ex benigne mētis dulcedine omnibus auxiliatrix affectio

Quot modis dicat

Dicit autē pietas (tur pietas multis modis. Quāq̄ mot. ip. sius affectōis tendēs in deū. et sic dicit pietas cultus dei. z sic est in genere virtutis q̄ est latris. Quāq̄ dicitur motus affectōis tendēs in ei. imaginē. s. in hoiez. z h̄ p̄t eē triplicit. vel ille motus affectōis tēdit in imaginē dei q̄ est si b̄ipsi p sanguinē cōiuncta z sic ē beniuolentia in parētes z est spēs iusticie naturalis. Quāq̄ etiā dicit affectio tendēs i imaginē dei. i. in hoiez tāq̄ miseris opp̄suz z sic pietas est q̄ docz opa misericordie vt dicit Greg. z sic pot. virt. est q̄s donum. Quāq̄ etiā est affectio tendēs in imaginē dei nō quidē inq̄stū est sanguine p̄iūcta vt miseris opp̄suz vt sic. s; motu qdē generali scilz inq̄stū est imago dei. hoc inq̄stū est rōnalis creatura. Et tūc pprie dicitur donum spūs sc̄ti qd̄ habilitat z expeditū redit hominē ad h̄ndū se beniuolētem seu beniuolū/ ad rōnalem creaturā. s. ad quē liber hoiem siue indigentē siue non indigentē. Et sic maxime ei cōuenit ista diffinitio magistral. prius posita. Scdm primū modū diffinit ab Augusti. iuxta s̄m modum diffinit a tullio. Scdm tertium

Compendiū theologie

modum diffinita Grego. Et fm q̄rtum modum diffinita magistris quia illo mō est proprie donum spiritus sancti.

De tertio dono

E spiritus sancti scilz de dono scientie.

De dono autē scientie duo vidē da sunt scz quid sit. Et in quo differt a dono sapiētie. a q̄ fm August. distare non videt. P̄n scientia proprie donū est sic diffinit. Scientia est lumen spūale/ acceptū a deo. in q̄ videtur rationes opabilium/ p̄tinentiū ad vitam. p̄ quas sancte et meritorie viuam⁹ sicut dicit ap̄tus ad Titum. ij. Abnegantes omnē impietate et secularia desideria sobrie et iuste viuamus in hoc seculo. Vñ sicut fides est illuminatio quedā ad credibilia. ita donum scientie est illuminatio q̄dam ad operabilia.

In quo differt do

Dnum scientie a dono sapientie. Scit autē in hoc a dono sapientie differre qm̄ sapientia est cognitio quedā diuina/ p̄ gustū. scientia autē est lumē quoddā diuinū ad opabilia p̄tinentia ad hanc vitā. Vñ sicut dicit magister in li. sentē. Scientia docet bene cōuersari in medio hui⁹ p̄tine et per uerse natōis. Et hoc satis videtur cōsonare verbis August. qui dicit q̄ sapientia est de eternis. Scientia vero de temporalibus.

De quarto dono

spiritus sancti scz de dono fortitudinis

Post hec de dono fortitudinis duo etiam dicēda sunt scilicet quid sit et qualiter differt a fortitudine. p̄ ut fortitudo est virtus.

Quid sit fortitudo

et quō differt a fortitudine. put est virtus.

Secundum autē q̄ fortitudo est donū sic notificat. Fortitudo ē affectio animi q̄ cupiditas terrena deprimat. nullaq; aduersitas formidat. Et videt hec notificatio sumi ex verbis August. in li. de spiritu et anima et in. v. li. sue mus. Differt autē a fortitudine p̄tinet ut est virtus. licet vtracq; sit circa difficile et arduū. Quoniam fortitudo. p̄ ut est virtus/ sustinet piculū. q̄ndo scz ne

cesse pati vel a bono virtutis cedere. sicut quādo q̄ritur fides vel iusticia. vel libertas patrie vel huiusmodi. Sed fortitudo. put est donū se gratis et ex abūdanti illi statui offert. in quo talia sepe q̄runt et est status p̄fectōis cōsilioz. Si autē dicatur q̄ fm hoc nō haberēt donū fortitudinis nisi tantū p̄fecti. et q̄ sic habita vna gratia gratificāte nō omēs haberēt. Dico q̄ nō est vtrū nec ex p̄dictis seq̄tur. qm̄ p̄fecti istud donū habent in actu. omēs vero in caritate existētes habent in habitu. Unde qui imp̄fectus est/ habet in habitu. Vñ opus p̄fectōis facere p̄t q̄ vult.

De quinto dono

spiritus sancti scz de dono cōsiliū. et qd sit.

Distremo de dono cōsiliū dno similiter videnda sunt scz qd sit. Et qualiter sit donū cū in christo videat nō fuisse. in quo ta-

men sunt et fuerūt omnia dona. Diffinitur autē sic a Tullio in rhetorica sua. Cōsiliū est/ faciendi vel nō faciendi vere cogitata ratio. Sed hec diffinitō nō videtur cōuenire cōsilio. put est donū/ ideo aliqui corrigūt eū sic. Cōsiliū est faciendi vel nō faciendi vere excogitata ratio. eaz scz rerum in quibz p̄pter arduitate indiget q̄s adiutorio. Unde cōsiliū prout hic sumitur/ nō est de dubio sed de arduo ad quod p̄pter difficultate nō omēs tenētur. De reliquo dicit q̄ isto mō vltimo cōsiliū est donum. et quod verissime hoc donū fiet in xpo sicut et cetera dona fuerūt semp erūt. Unde cōsiliū fm q̄ ponit dubitatem et circa eā q̄rit ab alijs certificatiōez nō fuit in xpo q̄ certissime oia nouit qz nec sic est donū spūsc̄ti. Scz cōsiliū qd est lumē immisillum a spūsc̄to/ oia dubia dissoluēs/ et indubitāter in aggressionē arduoz dirigēs/ q̄ de ad statū p̄fectōis p̄tinere. p̄palaui/ sic est donū. Et isto mō fuit in xpo.

De sexto dono spi

ritus sancti scilz intellectus.

Equitur de dono intellectus. Circa quod attende. et primo qd sit. deīn q̄lit differt a sapia timore. Intellect⁹ vocatur q̄ ab oī ifirmitate carnali corda mūdātur. vt pura intētio dirigatur in finē suū. s. deū. Et in-

tellectus quoddam lumen spirituale infusum ad cognitionem dei in creaturis. Differt autem a dono sapientie. quia sapientia est cognitio per gustum. Est enim quoddam lumen sub quo vel in quo videntur et gustantur divina per experimentum. Unde sapientia prout est donum est proprie gustus dei in donis suis. Intellectus autem non est per gustum sed potius est lumen quoddam datum a deo ad cognitionem dei in creaturis illis in quibus resultat deus per gratiam. Vel in illis in quibus habet resultare per gratiam et gloriam. Unde intellectus est donum quo gratuite cognoscimus dispositiones celestium. per eas quibus tendimus in deum sic disponentem.

De septimo dono spiritus sancti sapientie. et quid sit.

dit octauā circūstantiā scz circa q̄d **S**ed tullius eā sub illa circūstantia quid. p̄prehendit. **D**ictamen ip̄arum circūstantiarum fiet declaratio s̄m numerū et positionē philosophi. **N**umer⁹ autē seu sufficiētia istarū circūstantiarū sic sumi potest. **C**ircūstantia enī vt iam dictū est dicit̄ q̄ si extra substantiā actus existēs. sed tamē ip̄m actū aliquo mō attingens. **T**riplici autē modo seu respectu potest circūstantia actū ip̄m humanū attingere. **U**no mō inquantū attingit ip̄m actū in se. **S**ecundo modo inquantū attingit cām ip̄ius act⁹. **T**ertio modo inquantū attingit effectū ip̄ius actus. **R**espectu primi modi dupliciter potest ip̄a circūstantia ip̄m actum i se attingere. vel p̄ modū scz cuiusdam mēsure seu cōmensuratōis et sic erūt circūstantie respiciētes seu cōcernētes locū et temp⁹. q̄ denotant̄ p̄ hec duo verba in predicto versu posita. scz vbi. et quādo. vel p̄ modū q̄litas ip̄ius actus. et sic erit circūstantia respiciēs seu cōcernēs modū agendi quo. s. actus ip̄se factus est. q̄ denotat̄ p̄ hoc verbū quō. **R**espectu vero secūdi modi scilz respectu cause ip̄ius actus. cum oīm actuum et affectū humanoz q̄tuor sunt cause principales. scz efficiēs. materialis. formalis. et finalis. quadruplex circa istas q̄tuor causas accipit̄ seu occurrit differentia seu qualitas circūstantiarū. **C**irca enī causam efficientē/alias accipit̄ seu occurrit circūstantia ip̄ius agētis que denotat̄ per hoc verbū quis. **C**irca cām materiale accipit̄ seu occurrit circūstantia circa obiectū que denotat̄ p̄ hoc verbū quod ad dit p̄hs. scz circa quid. **C**irca cām formalem accipit̄ seu occurrit circūstantia circa causam coagētem seu coopantem seu cōcurrentē. que notat̄ p̄ hoc verbū quib⁹ auxilijs. **E**t intellige vt iam tactū est. vel instrumētis. zc. vel h̄mōi que faciūt ad formam act⁹. **C**irca causam finale accipitur seu occurrit circūstantia circa propositū et intentōnē agētis que denotat̄ p̄ hoc verbū cur. i. propter quid qua de causa zc. **R**espectu vero tertij modi. scz respectu effectus ip̄ius actus accipit̄ seu occurrit circūstantia circa illud quod ex tali actu cōtigit et secūtū est. que denotat̄ p̄ hoc verbū quid. **D**e igitur sunt circūstantie ex quibus vt pluries tactū est. actus hūani q̄ad bonitatem vel maliciā. meritū vel demeri

tum rē. iudicari habent nec plures reperi
 ent quin ad aliquā premissarū sint redu/
 cibles. **E**t ad maiorē instructōez medi
 ocrū et simpliciū quibz. vt supius tactū
 est nō tanta sciētia vel librorum facultas
 suppetit/expediens iudicātū est de predi
 ctis circūstantiis aliquāliter exemplifica
 ri. vt etinde in similia facilius manuduci
 possint. et seruando ordinē versus supra
 positi. **R**espectu igit̄ primi verbi scilz
 quis. certū est q̄ ceteris alijs paribz graui
 us peccat sacerdos q̄ simplex clericus. et
 grauius clericus q̄ simplex laicus. et gra
 uius vir q̄ femina. **R**espectu secūdi. scz
 quid. certū est q̄ ceteris alijs paribus ho
 micidiū est grauius peccatum q̄ furtū. et
 adulteriū q̄ simplex fornicatio. **R**espe
 ctu tertij. scz vbi. **C**ertū est q̄ ceteris alijs
 paribus furtū vel p̄cussio. vel fornicatio
 que fieret in ecclesiā vel alio loco sacro. est
 grauius peccatū q̄ si fieret extra ecclesiā et
 in loco nō sacro. **R**espectu quarti scilz
 quibz auxilijs instrumētis vel medijs. et
 certū est q̄ domū ad predandū intrare p̄
 falsam clauē. vel seram aperire per instru
 menta subtilia. vel p̄ subordinatōnem fa
 muli aut ancille ceterz alijs paribz/ est gra
 uius peccatū q̄ a casu inuentā apertā vel
 perforamē muri nō obstructū intrare. **R**
Respectu quinti scz cur seu propter qd. cer
 tum est q̄ latitare in nemoze vel alio loco
 suspecto. seu cōducere societate aliquā in
 tentōne aliquem vel aliquos occidēdi ce
 teris alijs paribus est graui⁹ peccatū q̄ p̄
 dicta facere intentōne sola depredādi. **R**
Respectu sexti scilicet quō. certū est q̄ cete
 ris alijs paribus grauius est peccatū ho
 minē et p̄posito deliberato et per insidias
 q̄ subito motu subito q̄ in cursu occidere
 Et grauius ceteris alijs paribz veneno in
 cōuiuio q̄ gladio aperte inuadēdo occi
 dere. **R**espectu septimi. scz quādo. cer
 tum est q̄ domū pro depredādo de nocte
 intrare. ceteris alijs paribus est grauius
 peccatū q̄ de die intrare. Et fornicari die
 sancto pasche. vel alio solēni ceteris alijs
 paribus graui⁹ est peccatū q̄ die nō solen
 ni. **R**espectu vero octaue circūstantie
 p̄ philosophū addite. scz circa qd. **C**er
 tū est q̄ machinamēta et deceptōes tende
 re et parare ad inducendā mulierē religio
 sam vel vrozatā in fornicatōnem ceteris
 alijs paribus/ est grauius peccatū q̄ ma/

chinari ad inducendā vnam aliā omīno
 solutā. sic de similibz. **A**ddunt aliqui vl
 tra omnes predictas circūstantias vnam
 aliam scilz Quotiens. **C**irca quā dupli
 citer dici potest. **U**no modo q̄ cū iuxta p̄
 mum triū modorū actū humanū attingē
 di supra factorū/ ipsa circūstantia. quoti
 ens. videat̄ actum in se attingere p̄ modū
 cuiusdā cōmensurationis tempis. potest
 ratiōnabiliter intelligi et cōprehendi sub il
 la circūstantia. quando. **N**ec enī debite et
 sufficiēter potest siue in p̄fessione siue ali
 as. quātitas seu grauitas peccati p̄ illam
 circūstantiā. quando. p̄quiri et haberi. vt
 puta scz quo tempe. qua die. qua horazc.
 peccatū factū sit. **Q**uinetiā effectualiter di
 cti peccati quātitas et grauitas p̄ dictā cir
 cūstantiā quotiens p̄quirat̄ et habeat̄. vt
 gratia exempli **C**ontingere potest immo
 frequēter cōtingit q̄ homo pluries idem
 peccatū. vt puta fornicatōem. vel furtum
 cōmittere. vna vice tempe quadragesimali
 et die solenni. **E**t alia vice. alio tempore.
 et die nō solenni. **E**t sic de similibz val
 de quotidianis. **S**i igit̄ debite et suffici
 enter ab isto p̄quirat̄ et sciat̄ quando tale
 peccatū cōmiserit. satis etiā sciet̄ quotiēs
 ipse cōmiserit. **A**lio modo dicit̄ q̄ proprie
 ista circūstantia. quotiens/ nō est nec di
 ci debet circūstantia. quia proprie nec actū
 in se/ nec causam ipsius actus/ nec effectū
 ipsius actus respicit. imo nec peccatū in
 se quoquo modo aggrauat. sed solum et p̄
 prie quandā reiteratōem peccati plurali
 tatē peccatorū dicit. vt clare apparere po
 test p̄ exemplū quod de ipa iuxta similitu
 dinem p̄cedentū circūstantiarū poni po
 test. **C**ertum est enī q̄ ceteris alijs paribz
 grauius est peccatū ter aut quat̄ mulierē
 de fornicatōne vel adulterio sollicitare. q̄
 semel. **E**t grauius ter aut quater insidias
 ad aliquē occidēdum tendere et parare q̄
 semel. **S**ed proprie ista nō vnum et idem
 peccatū sunt. immo plura. et proprie que
 dam reiteratio peccatorū. **N**otāter aut̄ in
 premissis exemplificatōnibz addita sunt
 illa verba. **C**eterz alijs paribus. **N**am cir
 ca casus premissos et similes/ possent eti
 am alie circūstantie contingere seu occur
 rere que de se aliter qualitate et grauedinē
 peccatorū predictorū disponerēt et causa
 rent. **N**am quod bene aduertēdū est ex cō
 cursu pluriū circūstantiaz. circa aliquem

Compendiū theologie

actum/potest maior eius bonitas vel malicia. maiusq; meritū vel demeritū causari. Per predictas etiā exemplificatōes poterit faciliter discretus et intelligēs de casib; qui sibi vel in p̄pria p̄sona vel in personis alior; utputa in cōfessione aut alias contingere possunt diiudicare et discernere. Nā ut sepe in superioribus tactū est pro hoc q; etiā clarius dādo intelligi hic de ip̄arum natura et qualitate circūstantiaz principaliter actū est. Ex concursu alicuius aut aliquaz circūstantiaz actus q; alius de se ex suoq; genere seu natura nō esset nisi veniale peccatū/immo forsan actus meritorius. efficiē peccatū mortale. ut pluries exemplificatū est de verbo ocioso. occasiōe q; seu p̄uocatōe risus. et de datōe elemosine que de se ex suoq; genere est actus meritorius. Quib; si addatur et cōcurrat circūstantia illa respectu cause finalis seu intentionis actus de qua supra sup illo verbo. **Aur.** Utputa q; fiant ad p̄uocandū seu inducendū mulierē in fornicatōem/ efficiētur peccata mortalia. Et similiter de alijs iuxta suū genus et naturā. Et hec quo ad naturā. qualitātē. et numerū circūstantiarum. quātum huic tractatui cōgruere iudicatum est/dicta sufficiant.

De diuersis nominibus peccati actualis et venialis.

Quo vero ad diuersitatē nominū que peccato actuali veniali p̄ nonnullos s̄m diuersas eius proprietates. op̄atōes et effectus attribui solent/est aduertendū q; sicut in superiorib; vbi de ipso peccato veniali agi incepit/dictū est. diffinitionē beati Aug. que peccato actuali mortali supra vbi etiam de ipso peccato mortali tractatū est. ex eo q; in ipso est p̄fecta ratio peccati attribuit/solere p̄ aliquos peccato in generali et tanq; generi attribui. et sic quodāmodo s̄m tamē maius et min⁹/posse ipso peccato veniali cōpetere et cōuenire. ita de nominibus nominūq; diuersitate dici potest. q; scz in superioribus peccato mortali in se plura et diuersa noīa attributa sunt q; bene cōmuniter peccato in generali et tanq; generi attribui solent. et sic quodāmodo s̄m tamen maius et min⁹/possent etiā ipi peccato veniali attribui et cōuenire. **Jo** ad clarius semp naturā et qualitātē pecca-

ti venialis cognoscendū recitabūtur hic aliqua noīa ipsi p̄cto veniali attribui solita. In quoz aliquib; cū ipso p̄cto mortali cōuenit intelligātur p̄ prius et principalius ipi peccato mortali cōpetere. cum in eo ut tactū est p̄fecta ratio peccati cōsistat. et secundario ac min⁹ principalit. imo p̄ quandā largam acceptiōez ipi peccato veniali. cū s̄m beatū Tho. nō cōsistat in eo p̄fecta ratio p̄cti. imo solū quedā imp̄fecta. **P**otest igit̄ primo peccatū veniale nominari. et interdū ab aliquib; nominatur macula. et hoc q; maculat aiām. **Do** q; dē iuxta beatū Tho. intelligat̄ nō p̄prie loquēdo sed solū s̄m qd. in q̄ntū scz p̄ctm veniale impedit nitorē q; est ex actib; virtutum. Quia nō diminuit nitorē habitualem. nec enī habitū charitatis et aliaz virtutū diminuerē habet. sicut facit peccatū mortale. **P**otest etiā nominari reatus ex eo q; ad penā obligat. sed hoc etiā vt iā statim tactū est intelligat̄ largo modo et q; si imp̄proprie. q; ad penā eternā p̄cise non obligat. vt facit p̄ctm mortale. sed solum sub distinctione. **Uel** scz ad penā eternam vel ad penā purgatorii. vel ad penā p̄tialiter satisfactoriā. **Do** capitulo imediate sequenti/vbi de dicti peccati venialis effectib; agitur/lati⁹ declarabit. **P**otest etiā noīari p̄uaricatio in q̄ntū scz mandati dei respicit qd̄ trāsgrediēdo p̄uaricat. Sed similiter vt p̄us itelligat̄ largo modo et quasi ip̄proprie. qm̄ peccatū veniale non facit directe cōtra legem dei et mandatū. s; bene p̄ter. vt late in superiorib; expositū est. **P**otest etiā noīari p̄ctm. put et de facto noīatur. in q̄ntū scz est cōuersio ad bonū cōmutabile. sed vt etiā tactū est hoc largo modo et minus principalit. Quia illa cōuersio ad bonū cōmutabile/ nō est cū totali et habituali auersioe a bono incōmutabili. sicut est in p̄cto mortali. Nā in isto peccato veniali/neq; plus neq; tātum diligit̄ ipm̄ bonū cōmutabile ad quod sic fit cōuersio/sicut bonū incōmutabile a q; fit auersio. vt bene ample et pluries in superioribus declaratū est. **P**otest etiā nominari nefas in q̄ntū scz est illicitū p̄sone p̄petranti. Sed vt frequēter dictū est. hoc etiam est largo modo sumendor; quodāmodo imp̄proprie. **P**lura alia possunt ipi peccato veniali s̄m diuersas eius op̄atōes et effectus noīa attribui. interdū etiā p̄ alijs

attribuuntur. sed supra dicta satis sit teti-
gisse et declarasse. Sunt enī ea que magis
pprie sibi cōuenire vident et cōmuni' assi-
gnant. **P**eccata venialia intelligi p li-
gnū fenū et stipulā aliqui volūt. inter q̄s
sepe prefatus beatus Thōm. sup illo qd̄
i. ad corin. iij. dicit ap̄ls. **Q**uod aliqui sup fun-
damentū spūale edificat aurum. argentū
lapides p̄ciosos. Alij vero sup edificat li-
gnum. fenū. et stipulā. **E**t q̄ ille q̄ sup fun-
damentū spūale sic lignū fenū et stipulam
edificat saluus erit. sic tamē quasi p ignem
id est patiet penā sed non eternā. intelligi
p ista tria vltima volūt peccata venialia.
Quod tamē fm eūdē doctore proprie in-
telligi habet de ip̄is peccatis venialib' q̄
admiscet se pcurantib' terrena. Nam aliq̄
interdū peccata venialia se viris spūalib'
admiscet. sed qz leuissima sunt non pur-
gant p ignem. sed frequētissime p ipsum
feruorē charitatis. Talia igit peccata ve-
nialia se terrena pcurantib' admiscetia
ideo p lignū fenū et stipulam significatur
quia sicut p̄dicta tria in domo cōgregan-
tur nec tamē ad substātiā edificij p̄tinēt/
immo cōburi possunt. edificio nihilomi-
nus integro remanēte/ ita etiā peccata ve-
nialia multiplicari in hoīne possunt/ ma-
nente spūali edificio. **E**t tunc p istis pati-
tur ignē. vel scilz temporalis tribulatiois in
hac vita. vel purgatorij si ip̄is nōdū pur-
gatis decedat. sed tamē salutē cōsequetur
eternā. **D**icitur autē hmōi peccata ve-
nialia sup edificari spūali fundamēto nō
quasi directe sup ip̄m. etenim sup bonum et
spirituale. malū proprie edificari non po-
test sed super. i. iuxta. sicut in simili ibi in
psal. dicit. **S**up flumina babilonis etc. i.
iuxta flumina babilonis. **N**otāter etiā et
bene ad p̄positū aliquoz infra tangēdoz
dicunt hmōi venialia peccata sic p lignū
fenū/ et stipulā significata spūali edificio
sup edificari. Nam nisi spūali edificio
sup edificata essent. homo talia habēs nō
esset saluus sic q̄si p ignem. **U**n cū pecca-
to mortali et veniali simul decedēs. habet
quidē lignū fenū et stipulā. sed nō hz spū-
rituali fundamēto sup edificata. **E**t ideo
talis nō erit saluus sic q̄si per ignē. qz sim-
pliciter saluus non erit. **E**t important
tria p̄dicta tres modos seu tres gradus
adherētie et grauitatis ip̄soz peccatoz ve-
nialiu. tresqz modos seu gradus purga-

tionis eoz. propter qd̄ generaliter om̄ia
peccata venialia cōplectunt et cōcernunt
quia nullū est qd̄ nō sit alterius p̄dicto-
rū triū modoz seu graduum adherētie et
grauitatis. **E**t q̄ non p aliquē dictozum
trium modoz seu graduū purgatiois eti-
am purgetur. **L**ignū etenim quod respectu
istoz triū diutius in igne manet signifi-
cat maiora. **S**tipula que citissime cōbu-
rit minima. **E**t fenū quod int̄ ista duo se-
q̄si mediocriter hz. significat mediocria.

De diuersis effe

Pectib' peccati actualis venialis.
Pures possent peccati venia-
lis effectus enumerari. put plu-
res existunt. ex q̄bus tamē per
doctores cōiuis assignātur q̄ sequuntur
Unus quidē quia ad penā obligat. **N**on
autē vt statim supra tactū est q̄ ad aliquā
trium penarū p peccatis affligi solitarū scz
eternē vel purgatorie. vel in p̄nti seculo sa-
tisfactorie p̄cise et determiante obliget. sz
bene sub disiunctioe ad alterā scilz earū.
Nam de peccato veniali hic. i. in hoc secu-
lo/ vel satisfactioe hic nō facta in purgato-
rio si cū eo peccatū mortale nō existat/ vel
in inferno si cū eo etiā peccatū mortale exi-
stat/ satisfieri oportet. **E**t si hic in foro. s.
ecclie p̄ntis homo satisfaciāt. leuiter satis-
faciet. **S**i vero in foro purgatorij satisfi-
cere expectet. grauiter valde puniet et sa-
tisfaciet. **S**i vero in foro inferni cum sa-
tisfacere oporteat. pro ip̄o etiam veniali
grauissime puniet quia eternalit. **S**i ta-
men vt tactū est mortale cum ip̄o veniali
existat. i. q̄ homo cum ambob' decesserit
Et ad p̄positū istarū trium punitionū
seu satisfactionū dari solet exemplū de mē-
sura vini q̄ in vno forsan loco valebit so-
lidū vnum. si p̄grediat vltorius. repietur
valere solidos duos. si vero adhuc vlteri-
or fiat progressus repietur valere solidos
tres. **P**ena tamē in inferno pro veniali il-
lata/ incōparabiliter minor est q̄ ibidem
pro mortali illata. **U**nde dicit solet q̄ pe-
na in inferno pro mortali illata/ est sicut
soliditas. **I**llata vero ibidem pro veniali
est sicut superficies. **I**n purgatorio autē p
veniali illata est sicut linea. **I**n p̄nti vero
seculo pro veniali illata est sicut punctus
Unde sicut ista quatuor sunt adiuicem
ip̄porzionabilia. ita inter quatuor penas

Compendiū theologie

Compen

supra dictas improporcionabilis est dif-
ferētia. ¶ Secundus effectus peccati ve-
nialis est q̄ animā maculat. Quod sic iuxta
quod statim supra tractauim⁹ intelligat. q̄
sc̄z nitore illū aīe qui ex actibus caritatis
z virtutū nascitur seu pcedit respectu illi-
us in quo incidit impedit. Et sic per in-
directū. maculā quandā in anima indu-
cit. Prout iuxta aliquos doctores potest
exēplū poni de imagine picta. que aliq̄n-
do denigrari potest intantū vt nullo mo-
do videri possit. Aliquādo vero sic solum
obscurat vt videri quidē possit sed nō ple-
ne discerni. Propter quā similitudinē di-
cit beatus Grego. q̄ pctm̄ veniale obscu-
rat. mortalexero obtenebrat. Respectu at̄
istius maculē dici solet q̄ in saluādis/om-
ne peccatū veniale in p̄nti vita a gratia fi-
nali. i. que in finē habetur. alias saluandi
nō essent. delet. z hoc fm̄ aliquos quantū
ad culpā. sed non quantū ad penā. immo
pena illa in purgatorio soluet̄. Delet at̄
gratia finalis sc̄z que in morte habet̄ pec-
catū veniale in ipsa dissolutōne aīe z cor-
poris. q̄uis etiā forsan nō sit ad illō mo-
tus contritiōis pro iūc directus. z hoc ex
virtute cōplexionis z sui status. Et fm̄ h̄
intelligit̄ verbū August. q̄ dicit. q̄ in pur-
gatorio potest esse absolutio a pena z nō
a culpa. quod etiā similiter ab aliq̄bus do-
ctoribus dici solitū est. S̄z modo cōiter
tenet̄ cum peccatū veniale ab hinc defera-
tur a multis quod etiā quātū ad culpam
in purgatorio purgari possit. Unde expo-
nēdo illō quod domin⁹ de quibusdā pec-
catis dixit q̄ nō remittunt̄ nec hic nec in
futuro dicit Grego. q̄ venialia dimittent̄
in futuro. Quod si intelligat̄ q̄ remittent̄
quantū ad penā tunc expositio sua in ef-
fectu nulla esset. Nam etiā mortalia quā-
rum ad penam q̄ pro eis soluta nō est ibi
dem. purgātur. Ideo clarū est q̄ Grego.
intelligere voluit q̄ venialia in purgato-
rio quo etiā ad culpā purgētur. ¶ Tertius
effectus peccati venialis est q̄ seruoze
charitatis minuit. sicut videt̄ de aqua in
ignem proiecta/ q̄ licet ignē nō extinguat
seruoze tamen illius minuit z tempat.
Quartus effectus pcti venialis est q̄ po-
tentias anime/ in bonis laxat. sicut p̄ exē-
plum quādo imponit̄ onus super equū/
efficitur z reddit̄ minus p̄mptus et expe-
ditus ad ambulandū. ¶ Quint⁹ effectus

peccati venialis est. qd̄ retardat a gloria.
Nam cū homo decedit z possit si in eo nō
eēt venialia/ statim ad celū euolare post
mortē/ propter ip̄a venialia cogetur ad tē-
pus in purgatorio expectare. Nunq̄ enī
facies dei ab aliquo videbit̄. donec soluat
minimū etiā peccatorū venialium q̄ dran-
tem. Oportet enī quēlibet ita mundū an-
te introitū paradisi esse. sicut fuit in inno-
centia baptismali. ¶ Sextus affect⁹ pec-
cati venialis est q̄ bona glorie celestis di-
minuit. Non q̄dem illa que iā debētur et
que iā homo ibi habet̄ p̄ meritū reposita.
Sed illa que deberētur si venialia nō fie-
rent. Nam illo medio tempe quo peccata
venialia fiūt possent aliqua bona fieri. q̄
cum nō fiant de tanto ip̄a gloria cōsetur/
effectualiterq̄ est diminuta. Propter eti-
am illoz venialium perpetratiōne/ oportet
opa quedā bona ad solutiōem et purgatiō-
nem b̄mōi venialium facere z cōuertere per
que valde accrescere potuissent/ accrescere
debuisset cumulus p̄m̄ eterni. ¶ Septi-
mus effect⁹ peccati venialis est/ qz venia-
lia sepe sunt occasio mortalium peccatorū.
Et hoc inter alios quatuor modos. q̄ in
superioribus vbi de septē peccatis mortali-
bus tractari icēpit/ late expositi sunt. vbi
mōstratū est q̄ actus qui de se ex sui qz na-
tura est solum de genere peccati venialis/
potest vel ex cōscientie remorsu vel ex cō-
placētia vel ex procliuitate. vel ex p̄gres-
su. peccatū mortale effici. ¶ Hoc autē eti-
am singulariter aduertēdū est. q̄ sicut ad
remissionē peccati mortalis erigit̄ deser-
tiō actus peccādi cum volūtate firmoqz
proposito in posterum abstinēdi. sic simi-
liter peccatū veniale in p̄nti vita non di-
mittit̄/ nisi etiā actu et proposito deserat̄.
¶ Et hec quoad totalē materiā nature q̄
litat̄ z effectus peccati actualis venialis/
ac circa eam occurrētium/ quantū hunc
presentē istius libelli octauū tractatū cō-
cernere iudicatū est/ dicta sufficiant.

De secunda et vl

tima diuisione peccati in genere seu tanq̄
generis que sumit̄ fm̄ ip̄ius peccati cau-
sam materialem.

Hepeditis his que respectu pri-
me diuisionis peccati in gene-
re seu tanq̄ generis. que scilicet
fm̄ quandā peccati qualitatē z q̄ntitatē

sumebat et sumpta est dicenda occurrebat
 Nunc de secunda et quo ad hunc tractatum
 ultima ipsius peccati etiam in genere seu
 tanquam generis diuisione. que scilicet secundum ipsius
 peccati causam materialē sumit/ aliquid etiam
 dicenda veniunt. Nec hic accipiēda venit
 ipsa causa materialis proprie ut in rebus
 corporalibus seu materialibus fieri posset.
 sed solum per quādam similitudinē ut hic
 causa materialis dicatur illud in quo sit
 seu causatur ipsum peccatum.

Prosecutio et de

claratio ipsius diuisionis.

Diuisio igitur est ista quod peccato
 rum alia sunt cordis. alia oris
 alia operis. Vel secundum alios aliquid
 sunt cogitationis. aliqua locutionis. ali
 qua operationis.

De peccatis cor

dis seu cogitationis.

Peccata cogitationis seu cordis
 sunt hec Cogitatio. delectatio.
 consensus. desiderium mali. volun
 tas pueria. infidelitas. supstitutio. in deuo
 tio. presumptio. despectio. timor male humi
 lians. amor male accendens. prudentia car
 nis. suspitio. inuidia. ira. odium. timor ser
 uilis. exultatio in aduersis proximorum. dolor
 de eius prosperis. contemptus pauperum
 contemptus peccatorum. personarum acceptio
 perfidia. affectus carnalis parentum. inepta
 leticia. seculi tristitia. impatientia. auari
 cia. sollicitudo temporalium. superbia. ppe
 ritas. obstinatio. malicia. tedium boni. ace
 dia. inconstantia. penitentia penitentie. do
 lor quod amplius non est male factum. hypocri
 sis. amor inordinatus placendi. timor di
 splicendi. verecundia de bono opere. amor
 priuatus. sensus singularis. ambitio di
 gnitatum. vana gloria de bonis nature
 vel fortune vel gratie. verecundia de pau
 peribus amicis. contemptus ammonitionum
 immiserordia.

De peccatis oris

seu locutionis.

Peccata oris seu locutionis sunt
 hec. Trebra iuratio. piurium.
 blasphemia. nomen domini irre
 uerenter assumere. veritate impugnare. de
 um de aura iudicare. contra deum murmura

re. irreuenter horas dicere. detractio. adu
 latio. mendacium. vituperium. maledictio
 infamatio. contentio. coniuatio. impugna
 tio veritatis agnita. impugnatio charita
 tis fraternae. seminatō discordie. proditio
 falsum testimonium. mala consilia. derisio
 contradictio obediētie. inuertere facta bo
 na. in ecclesijs placitare. ad iram hominē
 prouocare. reprehendere in alio quod ipse
 facit. vaniloquium. multiloquium. stultiloqu
 um. verba ociosa. vel supflua. vel curiosa
 proferre. iactantia. verborum politio. pecca
 torum defensio. clamor. risus. cachinnus
 turpiloquium. lenocinium. cantilenas secula
 res cantare. in cantu diuino magis stude
 re vocem frangere quam deuote psallere. mur
 murare. verba secularia proferre. in iniu
 sta causa aduocare. malum commendare.

De peccatis ope

ris seu operationis.

Peccata autem operis seu opatio
 nis sunt hec. Sula. luxuria. eb
 ritas. sacrilegium. symonia. sor
 tilegia. violatio dierum solennium. indigne
 communicare. votorum fractio. apostasia. dis
 solutio in officio diuino. scandalizare sub
 exemplo malo. proximum corrumpe. lede
 re hominē. vel in rebus vel in persona vel in
 fama. furtum. rapina. usura. deceptio. lu
 dus. venditio iusticie. exactōnes in debi
 te. ac telonea iniusta. ascultare mala. io
 culatoribus dare. necessaria sibi subtrahere.
 supflua sumere. vltim vires quippiam ag
 gredi. consuetudo peccandi. recidivatio. si
 mulatio. tenere officium ad quod non sufficit
 vel quod sine peccato non agit. choreisare. no
 uitates inuenire. maioribus rebellare. mi
 nores opprimere. delinquere visu. auditu. ol
 factu. tactu. gustu. lucta. osculis. muneribus.
 nutibus. mandatis. scripturis. circūstā
 tiis aggrauantes admittere. que sunt tem
 pus. locus. modus. numerus. persona. mora.
 scientia. etas. seipsum ad peccandum cogere
 seu inducere.

De peccatis omis

sionis quod si dicitur

Peccata omissionis quod si dicitur
 etiam ut faciliter debite considerari
 apparere potest ad tria respec
 tu quorum precedens diuisio su
 mit/ vel scilicet ad cor seu cogitationem/ vel os
 seu locutionem/ vel opus seu operationem pertinent

Opusculū Tripertitum

sunt hec. **¶** De deo nō cogitare. ipm nō timere vel nō amare. grās sibi de beneficijs nō agere/ opa que fiūt/ ad ipm nō referre. de peccatj sicut deberet nō dolere. ad gratiā recipiendā nō se preparare. gratiā acceptā nō vti nec eam cōseruare/ ad inspirationē diuinā nō se cōuertere. voluntatem suam/ voluntati diuine nō conformare. ad orōes dicendas nō attendere. orōnes debitas omittēre/ ea ad que q̄s vel voto vel precepto vel officio tenet negligere. cōiōnem et cōfessionē semel in anno nō expectere. parētes nō honorare. seipsum nō cognoscere et reprehēdere. cōscientiā suā negligere. ecclias et predicatōes fugere. tentatōnibz nō resistere. penitētiās iniūctas negligētē facere. ea q̄ statim faciēda sunt differre. bonis pximi nō cōgaudere. et malis eius nō cōdolere. iniurias nō remittere. fidē pximo nō seruare. et bñficijs ei⁹ nō correspondere. delinqntes nō corripere. litrem nō sedare. ignorātes nō instruere. afflictos nō consolari. ammonitiōnibz nō acquiescere. pauca et forsan nulla alia reperiri posse credūtur peccata. que nō sub predictis effectualiter cōphēdātur et includātur. vel ad ea reducibilia sint.

Quando peccata

predicta mortalia sint vel venialia.

¶ Quando autē peccata predicta mortalia vel solū venialia existant/ facile est et supius tractatis cognoscere examinandō scilz sit apud se. sit apud aliū/ modos ea faciēdi et cōmittēdi. intētioneqz seu finē propter quē sunt. ac remorsum cōscientie. q̄ de ipsis habet. cum alijs circūstātijs circa ea occurrētibz. de quibz late supius actū est. **¶** Et hec quo ad secundā et vltimā ipius peccati in genere seu tanqz generis diuisionem dicta sufficiant.

Quare multa in

hoc cōpendio precipue in octauo tractatu/ late et plane dicta sint et exposita.

¶ Duxissent nonnulla in hoc libello et precipue in octauo et vltimo tractatu in materia scilicet peccatorū tractata breuiter et cōpēdiosius dici. sicut frequēter in superioribz tactū est/ libell⁹ iste nō sciētificis. libz osqz faciliē procurare valētibz cōpositus est. sed

mediocribz et cōioribus. ac eis q̄bus non faciliē librori copia suppetit. Quibz expe diēs et forsan necesse fuit ea que hic dicta sunt/ et maxime circa difficiles materias/ per reiteratōes et latas repetitiōes. nec non materialia q̄dam etēpla q̄si palpādo et per quādā manu ductōnē dare intelligi. Alio q̄n nō facile forsan fuissz pluribus cōprehendere. Sicqz predicta apud eos nullū fructū nullūqz p̄fectū afferre potuissent.

Remissio ad docto

¶ Qui tū āpliora videre voluerit/ vel clarius de premissis materijs informari/ habeat frequēter allegatos doctores beatorum Thomā et alios in superioribus notatos. Et precipue in eorū libris et tractatibus supius etiam designatis.

¶ Explicit compendium theologie.

Epistola domini

Johānis de Berson ad quendā ep̄m sup opusculo tripertito plebibus publicando

¶ Reuerende in xpo pr. ac dñe metuende. q̄rit dñs p̄ p̄phetā ysaiā. Propterea inq̄t dicit⁹ est p̄pls me⁹ in captiuitate. qz nō habuerunt sciām. et nobiles ei⁹ interiorit̄ fame et mltitudo ei⁹ siti exaruit. Dec scia nō alia accipiēda est quā cognitio legis dei et suoz mādatoz/ ad salutē p̄sequēdā necāria/ siue p̄ficiens. de q̄ itidē scia vey est illd apliū. ignorās ignorabit. nā cū qliber alia ignorātia p̄stare sal⁹. **¶** Et qm̄ multi sunt ex simplicibz/ q̄bz nō predicat⁹ verbū/ aut non talit̄ predicat⁹ qd ad p̄fatā sciām deueniāt. agēte h vel ignorātia vel negligētia p̄dicātiū. cōmodū fore existāui si velut in tabula q̄dā tenorē n̄e legis et suoz p̄ceptoz remēorā tōnē sentētioso p̄pēdio depingere. aut velut i breui spēdo cernētibz obijcere. q̄tin⁹ ipsi hērent curati min⁹ instructi aliqd solū dū/ et aptū qd ī toto vel p̄ ptes diebz dñicis et festiuis legere possent suis plebibus vt sciret et intelligeret ad qd et p̄pter qd et a q̄ facte sunt. qd insup credere. qd agere et qd obmittere diuina lege tenēt et que ad modū a p̄ctō resurgere. Et forsan sile op⁹ antētatū est iā a p̄rioribz. et salubriori breuitate cō

positum. Et si ita est certe non in iudeo. Tanti
 modo reuerēde p̄ dignet̄ ai maduertere v̄ia
 pastoral sollicitudo. siue isto mō siue alio
 fiat. q̄ singul̄ dieb̄ dñicis z festiuis diuine
 leḡ tenor. p̄ vestra diocesim v̄bilibz pub
 licet. ne p̄ ignorantia ei⁹ plebs v̄ia peat z
 ducat in captiuitate pcti. Ne p̄terea a spe
 culatore q̄ non denūciauerit interitū vel
 gladiū/sanguis req̄rat. s̄z libere denūcia
 tione tali z rebelles soli in suo sanguie de
 peant. **V**icit at̄ mea deuotō opusculi
 prefatū. qd̄ si dignū ad hoc putet̄/poterit
 vestra liberal caritas cū pauco scriptorū
 labore z leuibz expēsibz hū exposis̄ facere
 illō mltiplicari z correctū ad singulos cu
 ratōz vestroz destinari cū edicto de pub
 licando vt tactū est in absentia sermonū z
 quantū gr̄a dei eos adiuuerit exponēdo
Deniqz si qd̄ addēdū aut rescindēdū
 aut corrigēdū eē dictauerit v̄ia prudens
 dñatio iure suo id facere fas hēbit. Scio
 nū q̄ p̄ multā a me/ z multis alijs pitiori
 b̄ eaiatōz nihil dep̄hendi qd̄ videat̄ pos
 se a beniuolo interprete salua fidei z morū
 puritate sustineri. Et ad hūc lōge āpliora
 potuerāt sed breuitas moderne amica de
 fidiē sectata est. **V**ñ valete scriptū parisi?

**Opusculum triper
 titum eiusdē de preceptis decalogi. De cō
 fessione et de arte moriendi.**

Christianitati / su⁹ q̄lisca/
 qz zelator. p̄sper ad virtutē
 res vicijz depulsi incremē
 tū. Salubre duci seq̄ns
 opusculū tripartitū de p̄ce
 ptis. de p̄fessioe. de sciētia
 mortis/breuitate q̄ potij tradere. q̄tuor p̄
 sertim christianoꝝ generibz p̄futaꝝ. Pri
 mo sacerdotibus z curatis illiteratis atqz
 simplicibz q̄ p̄fessioes audire dāt. Scdo
 indoctis q̄bulcūqz p̄sonis secularibz aut
 religiof/ q̄ ecclesie solitis p̄monibz aut p̄
 dicatōibz p̄ diuinoꝝ p̄ceptoz noticia/in
 teresse nō p̄nt. Tertio pueris z iuuenibz
 q̄ a rudimētis infantie circa fidei n̄fe ge
 neralē tenorē et p̄ncipalia p̄icta primit⁹
 dñt̄ erudiri. Quarto p̄sonis domos dei v̄l
 hospitalia loca frequētātibz z infirmoꝝ so
 llicitudinē gerētibz. **Q**uocirca ad h̄ do
 ctrine publicatōz q̄duplex p̄sonaz stat⁹

dz vigilare. p̄rio p̄lati q̄s inferiorū curato
 rū regimē de p̄pinq̄ p̄cernet/ q̄b̄ insup cu
 ratoꝝ ignorantia crassa diuine leḡz insuffi
 ciēs eruditio simplicē populi ip̄tabit in
 pctū. Scdo p̄ntes p̄ filijs apud scolarū
 rectores instare deberēt. Tertio domoꝝ
 dei z locoꝝ hospitalium gubernatores z
 magistri. In q̄rto generalit̄. q̄ in v̄bis aut
 factis z alijs signis/ alios ad peccādū in
 duxerūt. q̄qz ex officio alios docere debue
 rāt/ z id agere negligūt. **H**i nāqz sumptibz
 suis z diligētibz p̄ hui⁹ aut similibz doctri
 ne publicatōz dūt alioꝝ correctōz p̄cura
 re. hoc enī agere/ penitētia q̄dā. hoc ē sa
 tisfactō. hoc op⁹ misericordie/ deo acceptū
 us q̄ elemosina corp̄alis. **A**gāt igit̄ p̄e
 noiati q̄ doctria h̄ libri inscribat̄ tabellā
 affigat̄ tota vel per p̄tes. in locis cōibz. vt
 pote in parochialibz ecclesijs. in scholis
 in hospitalibz. in locis religiosis. **D**e
 niqz expediens videt̄ vt sup hoc fieret a
 p̄ncipātibz edictū/ aut q̄ ab ecclesie p̄la
 tis indulgētie p̄ferretur. Auctor vero se ip
 sum exonerat apd̄ te xp̄ianitatē sanctissi
 mā. agat̄ q̄libet qui in ter de te gloriat̄ qd̄
 bonū esse cognouerit. **G**loria sit altissi
 mo deo. in cui⁹ noie/ p̄ns aggredior op⁹.
 ad salutē fidelū aiaz ordinatū/ ad erudi
 tionē precipue rudis z idiote populū z eo
 rū quibz consuetis ecclesie p̄monibz z p̄di
 cationibz min⁹ infesse aut informari p̄ce
 dit̄. In quo veluti tabella q̄dā z cōpendio
 breui/tenorē fidei xp̄iane/ lucide poterūt
 inspicere/ z diuina p̄cepta p̄hibitiōnesqz vt
 ex his qd̄ agere qd̄ ve fugere debeāt/ pos
 sint distinctius agnoscere. **C**ōtinēt autē
 p̄ns tractatulus capitula. xvij. q̄rū qd̄li
 bet in duas vel tres vel q̄tuor p̄riculas cō
 uenienter subdiuidi possēt.

Primum capitulum

affirmat mundū a deo fuisse creatū. Et q̄
 ipse deus vnus sit z trinus. **T**ur etiā aut
 ad quem finē/ homo creat⁹ sit.
Irmissime credendū est/ z nul
 latenus dubitādum/ q̄ solum
 vnus est deus/ omnipotēs. om̄ia sciens/
 z oēm p̄fectōem h̄is/ in tribus p̄sonis di
 stinctis/ que sunt pater z filius z sp̄s san
 ctus. Qui mūdū creauit/ z creatū regit et
 gubnat sola sua liberrima volūtate z dig
 nāissima bonitate. **S**p̄iali autē p̄uidētia
 hūanā gubernat z dirigit creaturā/ dans
 24

R

Opusculū Tripertitū

viris et mulieribus aīas immortales creans eas temporaliter tūc cū eas corpib⁹ infundit et ad imaginē et similitudinē suam formans eas. vt creatus hō/ suū cōditōrē deum cognoscat diligat/ veneret et ei⁹ pceptis in hac mortalivita obediēs/ p opera bona et meritoria/ vitā tandē immortalē beatitudinis plenā/ in aīa et corpe ppetuo psequat. et ita sit bonis angelis sociatus et in loco malorū angelorū siue demonum substitutus Qui demones ppter pctm̄ in has inferiores ptes terre corruerūt/ dānationis sententiā sustinētes Cum q̄b⁹ etiā iustissime dānabunt hōiēs iniq̄/ diuinis pceptis inobediētes/ et more bestiali quasi nō haberent animā rationālē/ suis voluptatibus seruientes

Secundū capitulū

lum ostendit humanū genus propter primorū pentum trāsgressiōē et peccatum/

Af dei veritate credendū est/ primos pentes nostros/ adam et euan/ qui ad tā nobilē finē cōsequēde beatitudinis creati fuerāt/ clausi se paradisi ianuā et beatitudinis introitū/ toti sue posteritati generis hūani Quā per peccatū inobediētiē/ donū iusticie originālis quadā hereditaria possessiōe pro se et suis posteris acceptū a deo/ ipsi pdiderūt Duo dono gratuito originālis iusticie cōseruato/ nos omnes a culpa immūēs fuisset⁹ et ab omni miseria famis et sitis aut infirmitatis absoluti et ab alia qualibet penalitate liberi/ adeo q̄ omnis alia corpālis creatura nobis pacifice subiecta fuisset/ et tandē absq̄ mortis pena/ in paradysum fuisset⁹ trāslati Hoc autē dono p peccatū primorū pentū vt pmissum est perditō/ nos moriēdi necessitatē et vniuersam quā patimur penā atq̄ miseriam incurrim⁹/ quia nascimur in pctō origināli/ scz in predictē originālis iusticie carentia cōtra qd̄ pctm̄/ tanq̄ remediū efficacē a xpo institutū est baptisimi sacm̄

Tertium capitulū

declarat q̄liter a deo redempti fuerim⁹ q̄s etiā sit general tenor xpiane fidei et credēdorū a singulis

Omnipotēs dñs ac pijsimū pater/ no lens humanū genus tot et

tantis subiectū miseris in eternū p̄ire et a regno paradisi in ppetuū exulare/ pcurrēte iusticia simul et misericordia/ his remediū decreuit adhibere Voluit siquidē idem pijsim⁹ pater vniūgenitū filiū suū absq̄ corruptōe carnē sumere et hōiēm fieri intra intemerate virginis Marię imaculatū vterū Tantaq̄ et tā mirabilis vnio facta est duarū naturarū diuinę et humane in vna psona filij dei/ vt vere deus homo diceret⁹ et homo deus Ipse est ihs xps saluator noster piter et redēptor Qui antea quidē a patriarchis et pphetis denūciat⁹ nouissime in fine tpm̄/ in hac vltima mūdi etate/ cōceptus et natus/ a pastorib⁹ est cognitus/ a tribus regibus oriētis adoratus/ a simeone sene et alijs q̄ pluribus predicatus/ et a beato Johanne baptista digito demonstratus Idē de⁹ et dñs noster Ihs xps/ circiter annoz triū spacio/ legē diuinā xpianāq̄ religionē predicauit et docuit/ eam innumerabilib⁹ miraculis confirmando/ quā et in scripturis q̄tuor euāgelioz nobis p suos ministros exhibita obseruandā reliquit Ordinauit insup se prem sacramta eccliaistica/ q̄ sunt baptisimus/ cōfirmatio/ ordo/ eucharistia/ penitentia/ matrimonij/ vnctio extrema Ipe postremo vt nos redimeret saluaret/ sub pontio pilato/ supplicio crucis/ acerbissimā sustinuit passiōē et mortē. sepult⁹ de inde/ et tertia die resurgēs/ spacio diez xl discipulis suis veritatē sue resurrectōnis declarās/ frequēter apparuit/ et tādē videntib⁹ apostolis celos ascēdēs/ sedet ad patris dexterā in excelsis. v̄turus est postremo idē dei filius Ihesus christ⁹ in fine mundi p ignem finiēdi et in melius immutandi. iudex generalis hominū cūctorū in anima et corpore resuscitandorū/ redditurus singulis premia meritorū/ bonis siquidē celeste regnum penus beatitudinis/ peccatorib⁹ vero penalē supplicij ignis eterni **H**ic est generalis tenor orthodoxe fidei xpiane/ quā firmiter credere tenet catholicus q̄libet rationale vtens absq̄ curiositate/ pure atq̄ sincerit sine falsitate/ et certitudinalit̄ reiecta dubietate/ et nolēs plus sape q̄ oportet/ s̄z occurrētib⁹ difficultatū dubijs/ hūilit̄ se summittat credulitas simpliciū/ intemerate fidei sc̄te matris ecclie/ sapiētū platoz et doctoꝝ ac oim̄ sc̄torū et sanctoꝝ

qui in testimonium huius inuiolate fidei
vsq; ad mortem dimicauerunt. **C**ontra hanc
fidem illibata/grauiissime peccat heretici
scismatici. idolatre. sortilegi. incantatores.
magici. ceteriq; artibus a lege diuina p
hibitis vtetes. aut demonum inuocatores.
et generaliter q; articulos fidei nostre/ tota
liter aut in parte/ palam vel occulte deridet
Alli pterea q; non credunt deum omnia iustissi
meregere sua liberrima voluntate. sed poti
us asserentes omnia nature vel fortunae vel
fato subijci. **P**terea malorum quae ad mo
dum bonorum finalem saluationem affirmant
res. **A**lli denique qui nostrorum actu impu
tabilitate ad meritum vel demeritum negant
qui dei predestinationem vel reprobationem di
cunt opere nostrorum tollere libertatem. **H**o
rum similes contra fidem orthodoxam sunt
errores innumerati. procedentes ex intelle
ctu supbo humiliare se deo recusante. aut
ex falsa phia vel potius melancolia fanta
stica. aut demum ex voluptuosa carnalitate
rois iudicium et affectu pietate subuertente.

§ Quartum capitulum

lum manifestat quod deus nobis obseruan
dum precepit enumerans. et precepta decalogi
figitur (vt in superioribus ha
bitum est) deus optimus atq; iu
stissimus nos homines vltra su
praesirrionales creaturas a deo
excellenter condiderit ad imaginem suam. scz
dans memoriā intellectum atq; voluntatem
vt cognoscamus eum seruiamus et amemus.
Misericosissime pterea redemerit. pas
sionem pro nobis talem perferendo qualem nec
ipsi pro delictis nostris sufferre vellemus. pro
fecto iustissimum est vt ipsi deo fideliter serui
amus. tanquam subiecti supremo domino. sicut fi
lij naturales patri legitimo. et velut serui
ex dominio peccati. carcere. morteque redē
pti saluatori liberalissimo. **A**tento quod no
bis eius precepta seruantibus/ gloria in excō
gitabilis ab eodem promittitur. transgressoribus
vero/ inestimabilia tormēta referuāt
Rognoscens nihilominus ipse piissimus pa
ter nostram fragilitatem et exiguam potentiam ne
quaquam requirit a nobis omne seruitium quod
sibi iusticie rigor exigeret. dedit quoniam
potius certum numerum preceptorum/ quorum ob
seruatio sibi sufficiens esset. que etiam legis
decalogo continentur. **Q**uapropter/ ad hec pre
cepta scienda et intelligenda tenet quilibet

pro se vel alium diligentiam apponere pro con
seruatione vite spiritualis/ quantum pro vite
corporalis sustentatione poneret. et eo maio
rem quo immortalis anima/ est corpore prestatā
rior. sine quorum noticia/ nullus potest con
uenienter peccata vitare aut ab eis resurge
re. et quorum ignorantia ex desidia pueniens
non excusat sed accusat et condēnat. **S**unt
autem hec decem precepta his metris com
prehensa. **U**num crede deum. nec iures vane
pro ipsum. **S**abbata sanctifices et venera
re patres. **N**on sis occisor. fur. mechus. testis
iniquus. **V**iciniq; thorum resque caueto suas

¶ Quintum capitulum

P est de explanatione primi precepti
Primum preceptum est. **D**iliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo
ex tota mente tua. et ex tota virtu
tate tua. **H**oc est non voles scienter rem quam
cumque amare plusquam deum. propter quod dei
amore perdas. **H**oc autem preceptum conue
nienter ab homine seruatur non aliter/ si legem dei
et alia precepta/ operibus impleat. **Q**uisque enim
mortaliter peccat preceptum hoc infringit. quia
voluntate sua/ diuine voluntati oppositum pro
cipiendi/ anteponit. **S**pecialiter autem contra
hoc preceptum agunt homines ingrati contra diuini
iudicia et ordinaciones aut regimen erga
se vel alias creaturas murmurantes. qui non
esset deo in omni iustitia bonus atque misericors et
totus amabilis atque desiderabilis. **A**lli
item qui in fontem despatiois se ipsos precipitant
pro impatiencia. **A**lli pterea qui vrgente infir
mitate aut necessitate aliqui sortilegos consu
lunt et diuinatores. vtetes pomis inscri
ptis. aut breuius cartulis siue cedulis collo
suspensis. aut caracteribus. et alijs quibuslibet
vane credulitatibus. qui de ipse non est vtique
bonus potest et sapiens ad eis succurrēdum quoniam
tū sit eorum necessitatibus expediens. **F**aciat igitur
homo in necessitate constitutus quantum potest. procuras re
mediū naturali industria. non temptando deum
quod graue peccatum est. aut noua miracula expe
ctando desiderandoque. **R**eliquum pro quod natu
re vires excedat/ deo plena fide committat. et
indubitatur deus qui noscitur omnia. quique optimus
est. illud quod optimum est commo dissimumque fue
rit homini conferet. sepe eadem infirmitas paup
tas aut alia quis tribulatio/ est hominibus
vtilior quam nimia prosperitas que faciliter abuti
mur. **S**cit namque patet quod filio proficit. magis quod
discipulo conueniat. et medicus patienti de

Opusculū Tripertitū

remedio cōpetenti nouit melius puidere

Peccant insup cōtra preceptū hoc illi qui mundano quodā timore irrisoz aut oblocutoz verba formidātes/ diuinis pceptis obedire verētur. Quapropter etiā grauissime peccāt hmōi irrisores. psonas diuino seruitio deditas in statu religiōis virginitatis aut viduitatis. cōstitutas aut studio theologie deputatas/ affectiōe carnali a bono ope retrahētes. **H**oc rursus precepto nobis precipit honor et reuerentia sanctis exhiberi. specialit̄ v̄gini **M**arie. et bono angelo custodi nostro vt nihil turpe/ ipso vidēte et p̄ntē faciamus quod p̄ntibus homibus agere recusaremus. q̄ deniq̄ sanctorū reliquias loca sancta et beatoz imagines debem⁹ venerari. nō p̄ ipsis. sed q̄ videndo eas/ honorē impendim⁹ rebus rep̄ntatis p̄ eas. iuxta ritum sancte matris ecclesie. alioqn̄ peccatū idolatrie cōmittit/ imaginē fm̄ se adorando credendo ip̄am imaginē pulcrā siue turpem/ nouā aut vetērē/ plus aliquid habere virtutis et quicq̄ numis includere vel diuinitatis. **Q**uic precepto plurimū cōtrariatur nimi⁹ honor/ dñis temporalibus aut magnatib⁹/ adulatione siue malo aliq̄ sine exhibitus. **O**mnis etiā simulatō vel ipocrisis ad inanē hominū gloriā aut fallacem deceptōem ordinata. **I**mmoderatus itē amor p̄ntū erga filios. et generaliter auri et argēti aut alicuius creature. sic q̄ homo ibi sistat. et in eis confidentiam ponat. **N**on enim hec om̄ia ab infernali mortē nos poterūt liberare solus quippe deus/ est verus et fidelis amicus. qui in extrema necessitate/ opem p̄stare potest. vñ et sup om̄ia confidēt̄ cū cordis sinceritate honorari debet. adorari et diligi

Capitulum sextum

est de secundo precepto.

Secundū preceptū est nō iurabis p̄ nomē dei tui in vanum et sine causa. **C**ontra preceptū hoc principalit̄ agūt qui sciēt̄ quod falsum est vel falsum esse credūt/ iurant/ piurium cōmittendo. **V**alde nanq̄ hoc graue peccatū est. cum deus assumat tanq̄ testis falsitatis. et qui artificiose iurat falsuz artificiose deierat. quāq̄ enī pro loco et tēpe cōueniēt̄ veritas possit subtrici/ nō tamē dici falsum sciēt̄ et piurium cōmit

Peccant etiā grauiter cōtra preceptū hoc qui turpia faciunt iuramenta. deum blasphemātes. et aias suas iurādo demōnibus deuouētes. quicq̄ de hūanitate xp̄i et sanctis/ inhoneste loquūtur. **C**ōtra q̄s omnes sic piuros et blasphemos/ statute sunt leges punitiue. tam a terrenis p̄cipibus q̄ a prelat̄is eccl̄iasticis. vñ dolum est q̄ propter negligētiam ipsoz ad quos penas exequi p̄tinet/ non sortiūtur effectū. **M**ultū vero diligēt̄ q̄ p̄missa deberēt attēdere hi qui causa lucri defacili iurāt. quēadmodū mercatores et mercatrices. **I**lli etiā qui absorpti passiōe aut ebrietate in ludis frequēt̄ inhonestis siue prohibitis/ vt est taxilloz ludus enormiter iurāt. et generaliter quicq̄ p̄uersa cōsuetudine aut inclinatioe p̄uenti iuramentū emittūt. **I**n talib⁹ quippe sepe periurium cōmittit. propter qd̄ etiā tales aliqui peiores sunt in hoc saracenis aut iudeis et minus deū honorātes. **A**d hoc autē genus peccati piurij scz/ reducit votoz fractio. federis et solutio fidei m̄rimonialis. **E**t generaliter infidelitas. q̄ in alterius p̄iudiciū secretū illi⁹ reuelat. siue p̄ p̄fessionē ip̄ius siue alio mō secreto cognitū. lege nanq̄ diuina et naturali/ secretum teneri debet qd̄ in secreto acceptū est nisi alia via fuerit sibi detectū. **P**ostremo cōtra preceptū hoc reductiue peccāt. q̄ vouent aut p̄mittūt ea q̄ sunt de se illicita. q̄ si promissa talia/ opere compleant. grauius inde et damnabilius peccant

Capitulum septimū

de tertio precepto.

Tertium preceptū ē. **N**on obfuabis dies dñicos et festiuos ab eccl̄ia seruari p̄ceptos. **H**ec obseruatō aut veneratō multipliciter accipiēda ē. **P**rimo qd̄ ē. vt quilibz xp̄ian⁹ illo die dñico vel festiuo/ legitimo impedimēto cessante/ missas audire teneat. **S**ecdo vt quilibz/ eo die abstineat ab oi labore. aut mercatioe. et alio quis laborioso ope. fm̄ ritū et cōsuetudinē patrie quā inhabitat. quā cōsuetudinē/ p̄lat⁹ sp̄ialis loci illi⁹ cōḡscens/ nō phibet. q̄ si ap̄d aliquē sup tali cōsuetudine f̄nada aut alijs casib⁹/ dubietas occurrat/ p̄sulat ille superiores et p̄itos. ne per amplā nimis aut strictā cōsciā/ in p̄ctm̄ cadat. **T**ertio accipiēda est hec obseruatō vt vnus

quisq; illo die/propria vitā z conscientia
discutiat. de comisissis crimib; a deo venia
petens. **Recognoscere deb; tūc xpianus**
multiplicia beneficia sibi a deo p̄stita. nō
in aliquo murmurādo aut sibi guerrā de
bonis suis faciēdo. sed grās referēdo. **De**
bet tunc audiri verbū diuinū z sp̄ial' do/
ctrina: pacifice atq; reuerēter/ absq; irri-
sione aut impedimēto quocūq;. **Heditet**
preterea quilib; z corā oculis cordis qn/
tum potest cōstituat mortē sibi de ppinq;
imminentē. infernū atq; paradysum. mortē
etiā priorū hoim qui in hac vita p̄fuerūt.
facta etiā memorabilia sanctorū z sc̄arū.
Dicat pater n̄r. Ave maria. Credo. z ali-
as si quas didicerit orōes deuotas. **Peni-**
tētiās iniunctas sibi/ diligētē p̄ficiat. **Re-**
quirat insup diuinū auxiliū intercessiōe
mediante sanctorū z sanctarū a quib; velut
paup z mendicus elemosinā sp̄ialem po-
stulet. nūc ad vnū. nūc ad aliū se cōuertēs
quousq; bonū aliquod sp̄iale. in saccum
sue paup̄tatis cōgesserit. **Preterea doceat**
quisq; curā aliorū habens/ filios aut fili-
as z alios seruitores/ dieb; solētib; z festi-
uis/ similia facere. hoꝝ ei omīssio/ culpa-
bilis est defectus. **P̄dictis tamē non**
obstātibus/ licite potest homo dieb; dñi/
cis z festiuis/ aliquā recreatōem z spacia/
mentū vel ludū honestū causa solaciū assu-
mere/ plusq; alio tempe. dūmodo/ p̄ pec-
catū mortale nō offendat deus comeden-
do bibendo corisando aut aliū ludū exer-
cendo. **Quāq; frequentissime in talib; lu-**
dis/ grauiā peccata cōmittant. quēadmo-
dū. piuria. rixē. dissensiones. desideria car-
nalia. opa. verba z carmina luxuriosa. cō-
tra deum z equitatē iusticie. adeo. vt sepi/
us die dominico min^o malū esset arare q̄
talia p̄petrare. **Cōtra preceptū hoc pec-**
cant grauiet impediētēs p̄dicatōem aut
diuinū seruitiū verbis aut factis intra ec-
clesiā aut extra. **Quisq; circa eucharistie**
sacramētū/ irreuerētes sunt. aut erga alia
ecclesiastica sacramta. sicut baptisimū. z ma-
trimoniū celebratōem quidā sunt irriden-
tes. z sacramēta cōfirmatiōis et vinctiōis
extreme/ suscipe cōtemnētēs. **Retex cō-**
tra idem p̄ceptū/ valde grauit delinquūt
bi q; in certis solennitatib; anni/ irreuerē-
tias multas z abominabiles p̄peirant. **Il-**
li etiā qui talia faciētibus dant cōsensūz
illi p̄ferunt qui ex officio possentz debe-

rent talia impedire. nec excusari possunt/
ludi p̄textu. **Afferit nāq; veridicū puerbi-**
um. **Nō patit ludum. fama. fides. oculus**

Capitulū septimū

H de quarto loq̄tur precepto.

Honoꝝa p̄ntes tuos. est quar-
tum p̄ceptū. **Hoc aut accipi-**
endū est non tm̄ de p̄ntib; car-
nalib;. sed et de p̄ntis ecclesiasticis. z cura-
tis nostris. qui nos in christo regenera-
uerūt. z generaliter de alijs p̄positis et su-
pioribus. magistris scil; benefactorib;. z
terrenis principib;. **Consimilit̄ etiam de**
mortuis z defunctis intelligendū est quo
ad hoc q; p̄ ipsis deum rogare tenemur.

Cōtra preceptū hoc grauit peccāt hi.
qui sine causa rōnabili/ suis superioribus
quibuscūq; detrahūt. aut maledicunt. et
eos pdunt. vel mortē eis optant. quēad-
modū mali filij/ p̄ntū mortē frequēter de-
siderant vt eoz hereditatē possideant.

Transgrediūt etiā p̄ceptū hoc. qui contē-
nūt p̄cepta sancte mātris ecclesie. veluti ex
cōicatōis sententiā p̄pendētēs. **Et ieiū-**
nia indicta ab ecclesia/ sine causa rōnabi-
li soluētēs. cum tm̄ ea obfuarē possent/ si-
ne sui corpis notabili grauamie. **Sicuti**
etiā libertatū ecclesie violatores. q; libertas
ecclesie cōcessa est. nō tā fauore ministroꝝ
ecclesie. q̄ntū intuitu diuini honoris. non
enī p̄pter maliciā aliq; ministroꝝ ecclesie/
debet a quoq; fideli xpiano status p̄lati-
cus aut ecclesiasticus diffamari aut ledi.
nec pdit virtutem suā baptisim^o aut missa
celebrata siue aliō sac̄m/ p̄pter maliciā
ministroꝝ. **Tene p̄terea hoc p̄cepto lai-**
cus fidelis (q̄q; aliqui ecclesie m̄stri ma-
li/ sint) debitū reddere. missam audire. de-
cimas z oblatōnes z alia iura reddere/ or-
dinata p̄ sustentatōe ecclesie m̄stroꝝ. q; va-
cādo diuino fuitio/ toti rei publice serui-
unt. plim̄is alioꝝ hominū/ p̄pter tpales z
necessarias occupatōes/ ab hoc misterio
p̄peditis. q; sic ecclesie debitū reddit liber z
imunis deo nō hoib; seruit. **Porro p̄-**
ceptū hoc infringūt q; leuit̄ nimis z insi-
piētēter/ redarguūt terrenos p̄ncipes sup-
clavis materialis aperit et claudit. sic spiritalis suo modo. Sed quia vis breviri sermonē/ neque de clavis huiusmodi perfectū habere tractatū/ necesse est propter alia que de potestate ecclesiastica latius habes tractata. **Coartabit** hic etiam nūc sermo de potestate ligandi et solvendi iudicialiter/ per sententias latas/ ab homine vel a iure/ iudiciali seu iuridica. **Et** describitur in primis quid est sententia. **Sententia** in genere sūm p̄hica nōmīnū impositio nē. et modos significandi grammaticales inimo metaphisicales/ dē esse determinata acceptatio alterius p̄is cōtradictio nīs. **Et** derivatur a sententiis. quia sententiās ita sentit. nec pertinet nisi ad verentes ratione. **Differt** autem a consilio sicut conclusio ab inquisitione. **Et** hōmōrum sūm philosophū. **Unde** cōsiliū est questio vel inquisitō resolutoria super medijs ap̄tis ad consecutōem finis intenti. **Sententiā** vero est determinata acceptio alterius p̄is/ que in disceptatōe vel consilio verfabatur. **Et** hoc aliquādo facit homo solus secūm sup̄ proprijs agibilibus. **Inde** est illud apud **Job** Sententiā labia mea puram loquētur. **Et** apud comicū. stat sententia. **Et** in proverbijs. Sapientior sibi piger videt̄ septem viris loquētibz sententias. cum multis similibz. **Unde** nominat̄ liber sententiā. **Attamē** et sepius et rei nostre vicinijs/ sententiā dicat̄ conclusio p̄e cōsiliata p̄ plures in iudiciādo. **Et** cōvenit synonyme cum iudicio qd̄ fert̄ post consiliū. iuxta verbū xp̄i/ ponentis gradus/ inter penas/ ire debitas. **Qui** irascit̄ fratri suo inquit reus erit consilio qui autē dixerit fratri suo racha. reus erit iudicio. qui autē dixerit fatue/ reus erit gebenne ignis. **Est** ita et sūm glosas min⁹ graue q̄ pena vertatur adhuc in consilio q̄s dum determinato subiaceret iudicio. de inde omnīū gravissimū q̄ iudicij fiat executio. **Et** est sententia sic accepta/ decretū vel dictamē vel iudiciū superioris/ p̄ quod vult legitime subditū suū per penam ligari vel a pena liberari propter deum. **De** tali sententiā iudicio iubet dominus in **Exod.** Nec in iudicio/ plurimozū acquir̄ sceas sententiē vt a vero deūies. **Et** in **Ecclēsiaste**. Quia nō profer̄ cito contra malos sententiā. filij hominū absq̄ vllō timore perpetrāt mala. **Et** in euangelio **Job.**

Nolite iudicare sūm faciem sed iustum iudicium iudicare. **De** iudicio et iusticia repletur ipsa sacra scriptura. ac pinde potest vberius agnosci quid sit iudicialis sententia. et quēadmodum sententia idem est cum iudicio. **Sententia** autem duplex est quedam ligans vel obligans. alia solvens vel absolvens. **Claret** insup̄ quomodo sententia ferri debet legitime. id est cōformiter ad legem presertim diuinam. **Et** q̄ in obscuris aut dubijs p̄uicūm sit consiliū. **Et** vt p̄ oculis deus semper habeatur tanq̄s finis omnis finis.

Sed oritur questio cōsequenter si quilibet iudex qui potest ferre sententiā iudiciale ligantē. potest eadē autoritate ferre soluentē. **Potestas** de qua loquimur nō est potestas solius ordinis q̄ respicit corpus xp̄i vez. et que dicit̄ equalis apud omnes qui p̄ characterē sacerdotale habent potestatem cōsecrandi verū corp⁹ xp̄i non plus papa q̄s sacerdos infimus. **Hec** vero potestas iudicialis seu iurisdicōis in ecclesia/ respicit corpus christi mysticū. **Cui⁹** potestatis plenitudo residet penes summū pontificē et est in ipso tota/ potestatiue. **Ceteris** vero per p̄tes derivat̄ iuxta determinatōem legitimā/ istius fontalis et prime potestatis. et hoc ne confusio sit in ecclesiastica policia. sed sit figurata ad exemplar ciuitatis hierl̄m tanq̄s descendens ab ea sūm apoc. **Job.** Dicendum est igitur. q̄ datur aliquibz potestas ligandi iudicialiter in multis casibus/ ipsis prohibet̄ absoluenti facultas. **Satis** animaduerto casus multos. **Sz** nunqd̄ potest papa cōcedere facultatem alicui sacerdoti. sit ille **Johannes** q̄ p̄sonā aliquā singularē vt puta martinū/ absolueret posset ab omnibus sententijs tam a iure q̄s ab hominēlati. **Consequenter** querit̄. si p̄ concessionē hanc generalē/ possit martinus absolui generaliter ab omni vinculo sententiē penalis late tam a iure q̄s ab homine. **Et** vt compēdiosius inquirā. poterit ne martinus absolui ab irregularitate quā contraxit/ quia celebravit ex cōicatus. **Uidet̄** prima facie q̄ sic. nisi certitudinē aliquis onderit repugnantē. cum bñficiūm principis sit latissime interpretandū pene vero restringēde. **Et** vt manifestius fiat istud qd̄ dicimus/ loq̄mur interi de

Dialogus de potestate

sententia iudiciali lata ad hoie. Et pona
m^o q^o martin^o delatus fuerit suo iudici/ce
lebrasse missam. ipso stante excoicato. ac
pinde serat in eū sententiā q^o est irregula
ris. et ad celebrandū deinceps inhabilis
Datus iste quotidianus esse potest.
DUicem nūc interrogantis accipio
Poterit ne martin^o taliter ab hois sen
tentia ligatus absolui p^o Johes sacerdotem?
DCum ligare et soluere sint correlati
ua adinnicē si martin^o potuit ab hois sen
tentia ligari vinculo irregularitatis. quō
nō poterit ab hois sententia p^o papā solui
vel absolui. quēadmodū poss^o de excoica
tionis sententiā ab hoie lata taliter libera
ri. alioquin qd importaret cōcessio talis
ample facultatis q^o ab omibus sententijs
tam a iure q^o ab hoie latis/ possit Johes
absoluere martinū? **D**Scis ne qd
in oppositū possit ex iuribus introduci?
DAccepi quosdā dicere q^o irregulari
tas nō cadat sub forma absolutōnis/ sed
sub forma dispensatōnis. qm̄ irregulari
tas non semp indiget absolutōe. cū absq^o
perō contrahat aliqū. sed tunc dispēatio
locū habet/ si gratia tali fiat. **D**Nō
est vsq^o quaq^o absurdū illud qd isti dicūt
Habilomin^o oportet theologos simul cū
canonistis cōuenire in acceptiōib^o istorū
terminoz ligare et soluere. Et scire qd di
cat sententiā a iure. qd ab hoie lata. a q^o dat
facultatē absoluendi dñs papa in conces
sione q^o dicta est. Cū vero sicut pdixisti ab
solutio referat ad ligatōnem/ cōcessio lo
quēs de absoluteione a sententijs iuris aut
hois/ intelligi debet de sententijs penalib^o
atq^o ligantib^o. Et hoc iā norauim^o. sed re
cepim^o cōstringēdo sermonē de sententijs
a iure vel ab hoie latis. q^o sunt sentētie pe
nales infligere vel late propter culpā veraz
vel presumptā. propriā vel alienā prop^o
sentētijs penales. q^o quādoq^o ferunt sine
culpa illi^o in quē ferunt. sed nō sine causa
Quod dicit. p^o in excoicatis prop^o obe
dientia deo et proprie consciētie faciendā
vbi latet eccliam veritas. **D**Appa
ret q^o in hac descriptōe sententiaz/ cōsen
tire debeat canonista. Talib^o enī sentētijs
ligati/ indigent absoluteione que soluat seu
tollat vinculū. Nam qd est absolutio nisi
a vinculo liberatio? siue talis absolutō fi
at p^o nomē dispensatōis sentētie siue p^o ali
ud nomē equiuales. vt p^o habilitatē seu p^o

restitutōem ad priorē statū. **D**Di
cet fortassis canonista q^o inter liberatiōes
a vinculo irregularitatis p^o dispensatiōes
et inter liberatiōem p^o absoluteionem hoc inē
est. quia absolutio reponit solūmodo ho
minē in statu salutis eterne tollēdo qd qd
obest cōsecutiōi salutis eterne/ quēadmo
dū fit in articulo mortis dum peniter hō.
etiāsi nullum possit habere sacerdotē. Di
spensatio autē restituit ad ea que sunt di
uinitatis ad bñ esse in vita morali vel ci
uili vel meritoria. **D**Sequeretur ex
hac interpretatiōe. q^o martin^o absolut^o ab
omibus sentētijs tam ab homie q^o a iure
nō absoluere^t in casu p^onoiato/ ab irre
gularitate sentētiā interdicti vel qualiscūq^o
excoicatiōis. sic q^o possit libere suscipere
postmodū corpus xpi. cū nō sit de neces
sitate salutis. immo nec vti sacramētovn
ctōis extreme. nec tenere beneficiū ecclesi
asticū. nec audire missas i ecclesia. nec p^o
mortē habere sepulturā sacrā. **D**Pat^o hec se
quela. qm̄ talia nō sunt de necessitate sa
lutis absolute facienda. Est tamē vsus ec
clesiastic^o in oppositū. maxime de ligatis
p^o sentētijs excoicatiōis. dum enī absoluū
tur/ libere p^ont postmodū nedū corp^o xpi
suscipe. sed missam celebrare vt pri^o. et be
nificijs gaudere ecclesiasticis. Cur non ita
fieret/ si a sententijs irregularitatis a iure
vel ab hoie latis/ absoluant casu nō?
DFortiter instas. attento q^o in abso
lutiōe iuridica/ nō est necessaria certa for
ma verbor^o/ quēadmodū dicim^o de abso
lutiōe sacramentali a pctis. Duc accedit q^o
absolutio iudicialis a vinculo penaz/ p^o
fieri circa absentē vel circa nō petentē. im
mo in inuitū fm̄ multos feret seu relaxa
bit. dum sentētia penalis plus inuenitur
nocere sibi et reipublice/ q^o p^odesse. **D**
S^o occurrit ad hoc dictū/ absurditas al
tera q^o melioris esset conditōnis sentētia
penalis a iure vel ab hoie lata p^opter pecca
tū illius q^o ligatur/ q^o si absq^o peccato pro
prio/ vinculū aliquod v^oputa irregulari
tatis contraheret. Quid enī est irregulari
tas nisi quoddā impeditiū vinculū/ ne
sit aliquis idone^o ad aliquod opus legiti
mū v^oputa ad officandū ecclesie. sicut ex
coicatio ligat et religat a sacramentoz p^o
ceptōne/ si sit minor. et a civili coicatio si
sit maior. Acta in casu p^omisso/ martinus

culpa propria excoicatus absoluit. et ab/
solutus poterit exercere sicut prius tales
actus legitimos qui nō sunt omnes de ne
cessitate salutis/nō sic autē poterit absol
ui ligatus vinculo irregularitatis/ absqz
culpa sua. **¶** Vide si quedam talia
poteris inuenire/in quibz favorabili agi
tur quo ad aliqua cū peccātibz. quatin⁹
vbi supabundauit delictū ibi supabun/
det ⁊ gratia. **¶** Exemplū sumit familiare p/
posito nostro. Itaqz si vir infidelis prius
homicida baptiset. soluit nedum a culpa
homicidij sed ab irregularitatis etiā vin
culo consequēte homicidiū. vbi si duas
habuisset vxores legitimas successiue vel
vnā nō virginē. baptism⁹ nō tolleret hoc
irregularitatis ligamentū. Fortesic in p/
posito si martin⁹ absoluit ab omibz pec
catis cōfessis. ⁊ cū hoc ab omibz senten
tijs tam a iure qz ab hoīe latis. Veniret qz
si p seqlam absolutō irregularitatis sicut
excoicatiois ex qua sumpsit occasionalit
vinculū irregularitatis dum ligatus se di
uinis immiscuit. Non autē est cōcubina
riovcl consecutio talis/ in irregularitate
quē nō tam cōtracta est ex sentētia penali
qz ex cōstitutōe legis aut statuti. **¶**
Habent istā pbabilitatē. sed nō euacuat
totā difficultatē nostrē dubitatiois spēali
ter q ad inuestigatiōez descriptōis seu qd
nois sententie pferri a iure late. Ecce re
cipiam⁹ duas cōstitutōes iuris que dicū
tur decretayl decretales. vna dicit sic Si
quis suadere diabolo/ mān⁹ miserit violē
tas in clericū. sit excoicatus ipso facto. al
tera cōstitutio dicit. Si qz celebrauerit
excoicatus/ sit irregularis ipso facto. **¶**
Respondi iam qz qlibet sciētia/ terminos
suos hz. sed inferior scia debz resolvere su
os terminos quādo surgit ambiguitas/ ad
terminos sciētie supioris. q sunt simplici
ores. Sic enī metaphisica/ resoluit tmi
nos oim sciētiay iūctis logica grāmati
ca ⁊ rhetorica. Cū igit theologia sit supi
or ad oēs scias. etiā ad metaphisicā natu
ralem ⁊ ad ius omne/ canonicū et civile.
debet resolutio vel interpretatio sumi p theo
logiā/ pferri in his q salutē respiciūt
¶ Perspicuū est etiāz mihi in exēplis
inductis modo p te. **¶** Priuilegiat⁹
itaqz p papā/ de cui⁹ pte principalr est
sermo pferens/ iure dicit absoluit⁹ ab aliq le
ge generalr prius ipm ligatē. silt ⁊ dispē

fatus. Et hoc siue dispēsatio sit legis mo
deratio siue sit ipsi⁹ totalis ablatio. Rur
sus ille qui habilitatur/ absoluit ab inhā
bilitationis vel irregularitatis vinculo.
Rursus dū infamis restituit ad famā. ab
soluit. Hoc vidit illa iunior Sara dum
orauit. Obsecro dñe a vinculo imprope
riū absoluas me Quid preterea de seruitu
te/ nunqd nō est vinculū magnū. nunqd
est liberatio grandis absolutō vinculi ser
uitutis. Seruitutis inquā vel que pen
sat vel que esset si nō esset iudex cōcedens
libertatē. Unde papa dispēsans cū irregu
lari/ posset ita dicere. Soluo te vel absol
uo te a vinculo irregularitatis vel ab irre
gularitate. Et ita de qualibet alia iur⁹ pe
na. sub penali sententia a iure lata vel ho
mine. **¶** Superesse nihil vidēo circa
concessionē in Martino factā q absolui
possit ab omibz sentētijs tam a iure qz
ab homine latis auctoritate summi ponti
ficis/ quin sentētia irregularitatis cadat
sub hac concessiōe. que cōcessio veraciter
est quedā absolutio. Martin⁹ enī prius li
gabatur ne posset ab alio qz a summo pōti
fice absolui. nunc vero potest absolui a q
cunqz sacerdote que elegerit. ⁊ ita solutus
est vinculū ab eo sentētiay vbi reseruant
tales casus soli pape. **¶** Finit.

Accipe sub com **¶**
pendio ppositōes octo sequētes ad eluc
dationē premissoz.

¶ Prima propositio.
Omnis sentētia rāz a iure qz ab
homie lata/ deriuat a sententia
primi iudicis dei. ⁊ hoc media
te vel immediate. approbatiue vel pmissi
ue. Repitur inde dictū de deo q sentētia
eius fuit hec vel illa. Dicit expresse Greg.
qz deus mutat sentētiā nō cōciliū. cui⁹ ver
bi intellect⁹ alibi qrend⁹ est. **¶** Secunda
Omnis sentētia tam a iure qz ab homie
lata/ cōtinet sub duplici differētia. Quia
quedā est solius dei. quedā creature rōna
lis sub deo. ⁊ hoc vel a beatis sicut sunt an
geli. vel de viatoribz sicut sunt principes
et plati. vnde dicit de Nabuchodonosoz
q egressa est sentētia ab eo/ vt interficerēt
omnes pncipes babilonis. Sūt insup
cōcordantie tales mltē. **¶** Tertia **O**mnis
sentētia tam a iure qz ab hoīe lata/ dici pōt
¶ 4

De resolutione super quodam

iudicialis. et hoc vel in foro conscientie interioris. vel in foro coactionis iusticie exterioris. Dicitur enim sententia iudicialis. quod conclusio seu determinatio iudicij. **Quarta.** Omnis sententia iudicialis humana dicitur per civilem vel ecclesiasticam. et hoc secundum diversos fines primos et principaliter intentos. quod sententia civilis respicit vitam presentem per suo convictu tranquillo. ecclesiastica vero vitam futuram. **Quinta.** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica fundatur in verbo christi dicentis ad petrum et apostolos. Quicunq ligaueris super terram. ubi prius immediate fundaverat potestatem executionis iudicarie dicens. Et si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. **Sexta.** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica sufficiens explicat per hec duo verba ligare et solvere. ut tenendo terminis istis non ad litteram sicut ligantur boues et asini. sed secundum transumptionem corporaliu ad spiritualia. ita quod sententia iudicialis ecclesiastica describi potest quod est sententia ligans vel absolvens in ordine ad finem felicitatis eterne. **Septima.** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica vel a iure vel ab homine lata dum conceditur ut possit absolvi presupponit quod ipsa ligauerit uno vinculo penali vel plurimis. **Octava.** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica diversimodis potest explicari vel ferri per arbitrio iudicis presertim summi quod est papa. Sicut dicitur dum ligare vult. Volumus tale esse ligatum vel executionatum quo ad omnes actus legitimos civiles vel ecclesiasticos. Volumus tale esse irregulare. inhabile. infamem. et ita de talibus penarum vinculis. Aut dum vult solvere dicendo. Dispensamus cum tali. habilitamus talem. restituimus tale fame sue. concedimus tali ut promoueri possit ad ordines non habitos vel in habitis ministrare. Et ita de mille loquendi modis quod finaliter resoluunt in hec duo verba ligare et solvere. **Supra.** est ex istis concludere quod interpretatio doctrinalis theologorum fauet concessioni predictae quod dum papa concedit martino ut habeat facultatem eligendi confessorem quod possit eum absolvi ab omnibus peccatis de quibus confitebitur et ab sententijs tam a iure quam ab homine latis. comprehendit in hac absolutiois facultate irregularitas contracta vel a iure vel ab homine. quod non contrahitur nisi per sententiam ab homine vel a iure latam. alioquin daretur sententiam tam executionis quam interdicti a quibus

non posset predicari martinus absolvi et tunc concessiois sue. Et si sic. perit regula generalis. que casus in quibus et in quibus non fieri valeat absolutio determinet. **Finit.**

Sequitur ab eodem

domino cancellario facta resolutio super casu subsequenti circa irregularitatem

Quidam habens cultellum paruum in vagina alterius maioris repositum. eduxit eum non dolose neque ad usum illicitum. quem cultellum dum unus sociorum vel let accipere et ipse reniteret. Contigit ut illa hora et loco quidam retrosum appropinquaret et impigeret in illum paruum cultellum ut oculus suus confingeret taliter quod cecatus fuisse dicitur tandem oculus ille. Queritur si dicenda est inde contracta irregularitas in tenente cultellum. **Respondetur** per aliquas consideraciones. **Prima consideratio.** Considerandum est primo per dissolutionem casus quod in talibus sepe aliter iudicat iurista. aliter theologus quod primum magis inspicit foris contentiosum et extrinsecum. sed theologus magis attendit foris conscientie et intrinsecum quo ad deum. **Secunda consideratio.** Considerandum est consequenter quod hoc duplex foris accipitur suam distinctionem secundum quod actus moralis habet considerari dupliciter. **Primum** est dicere secundum materiam vel secundum formam actus moralis. **Materia actus moralis** dicitur ipse actus de genere cum circumstantijs suis generalibus non habito respectu ad finem vel intentionem agentis. forma vero est ipsa intentio finis. **Tertia consideratio.** Considerandum ulterius quod materia actuum moralium attenditur in triplici differentia. **Prima** quidam sunt actus de genere suo simpliciter mali. qui scilicet confestim notati includunt secum malitiam sicut dicit philosophus. ut sunt furtum. fornicatio. homicidium. Alii sunt actus de genere simpliciter boni. ut dare elemosinam. honorare parentes. **Tertii** sunt indifferentes de suo genere. ut levare festucam. fricare barbam. et similes. **Quarta consideratio.** Considerandum rursus quod istorum triplicium actuum primi sic se habent quod non sunt susceptibiles bonae forme moralis. sicut materia indisposita in naturalibus non est susceptiva forme naturalis et vite. ita quod propter nullam bonam intentionem possunt tales actus boni effici. secundum vero actus possunt fieri mali quousque sunt in genere suo boni. dum accedit intentio per

nerfa. filr z tertij **Quinta** Considera dñ est consequenter ex istis / quò possit esse variu iudiciu sup eodẽ casu / inter iuristã z theologu. qz iurista considerat factu in sez circũstãtiã exteriorẽ / de q̃b p̃t iudicia / liter apparere. z apud eũ tenet ista regula q̃ idẽ est de his q̃ nō sunt z q̃ nō apparẽt. Constat at̃ q̃ intẽtio faciẽtis quã hz intẽrius in corde nō cognoscit in se / nisi forte p̃ q̃dã signa seu p̃iecturas extrinsecas. theologo autẽ intuet̃ cor in foro cõscie. in q̃ credit̃ confitẽti tã pro se q̃ cõtra se corã deo.

Sexta Considerandũ deinceps applicado ad p̃positũ nost̃ etia oia filia. qz iurista considerã actũ moralẽ cũ circũstãtijs extrinsecis de q̃b p̃t iudicialr cõstare fert̃ p̃for: mit̃ iudiciũ ad illas iuxta dicta. Cõtingit aut̃ frequẽter q̃ talis act̃ sic cõsiderat̃ / sit de sc̃do vel tertio genere. q̃ scilz p̃t ex intentõẽ fieri vel bonũ vel malũ. Etẽ plũ in p̃posito. tenere cultellũ / de se nō est malũ. similiter q̃ aliq̃s velit cultellũ recipẽ nō est de se malũ. Rursus q̃ aliq̃s accesserit retro vel p̃pe non est de se malũ. Et ex istis seq̃t̃ q̃ lesio oculi q̃ secuta est / non est de se moralr mala. imo stare q̃ sicut p̃cedentes actus seu circũstantie. ita et iste resultans / facti fuerũt cum magna caritate z benivolentia ex intẽtione boni finis. apud deũ. q̃uis de illa intentõẽ non appareat apud mundũ. imo forte magis de opposito.

Septima Consideradũz insup pro maiori elucidatõẽ. qz sicut ap̃d phos naturales / distiguit̃ duplex genus causarũ. ita z ap̃d morales. Nã quedã sunt cause p̃ se alie per accidens. Cause p̃ se dicũtur ad quas nat̃ est sequi naturaliter z cõiter talis effectus. Sed cause dicuntur p̃ accidens ad quas nō est ordinat̃ vel natũ sequi talis effectus. aut si sequat̃ hoc est extra semp z frequẽter z p̃ter intentõẽz agentis sicut dicit̃ sc̃do phisicoz. et inducit̃ a Boetio de cõsolatõẽ phie describendo casum z fortunã.

Octava Considerandũ iuxta hoc in casu nost̃o q̃ talis lesio vel execatio oculi / nō est de p̃ se nata se q̃ et vt̃ in pluribz / a talibz caus. ideo dicit̃ fuisse mere casualis seu fortuita z p̃tẽt intẽtõẽm agẽtis et de p̃ accidẽs. ideo de se nō est imputadũ talis effectus agẽti / q̃ ad deũ z cõscie forũ. saltem q̃ntũ ad peccatũ. quod nō est nisi voluntariũ.

Nonã Consideradũ nibilominũ. qz iurista cõ-

tentiose agẽs / nec credẽs intẽtioni / argu / et ex circũstantijs q̃ intentio fuit peruersa z damnanda: per aliquas coniecturas.

Una est si talis dabat operã rei illicite. **Altera** si hostis erat p̃sone lese. **Altera** si non apposuit sufficiẽtẽ cautelam ne: persona illa lederet̃. sed poterat satis aduertere qz ex actu suo sequeret̃ talis effectus. Sed si omnes iste cõiecture et similes cessent in veritate / nec fuerunt in intẽtione nec esse debuerũt. theologus stabit iudicio conscientie apud deum.

Decima Considerandum est exemplũ in similibus. **Ecce** qz Jacob cognouit Lyam que nō erat vxor sua. et tamen excusatur a peccato. q̃ uis posset videri qz dabat operã rei illicite sine appositõẽ sufficiẽtis cautele. **Quare** ? Quia certe potuisset attulisse lumen dicit̃ aliquis et insperisse lectum. et ita sciuisset qz Lyã nō erat Rachel. ac perinde videretur ignorantia non inuincibilis esse quia vt̃qz poterat vinci modo tacto vel simili.

Undecima Considerandum est igit̃ pro intellectu huius quod est dare operam rei illicite. z huius quod est habere ignorantia inuincibilẽ. qz ista iudicanda sunt ex causis p̃ se nō a causis p̃ accidens. **Unde** in exemplo p̃misso Jacob dicit̃ habuisse ignorantiam facti inuincibilem non quia nō posset vinci etiam p̃ industriam humanã. sed quia fecit sufficiẽter illa que in talibus sunt consueta obseruari. z ad que tenebat̃ fm̃ moralem certitudinẽ. imo videt̃ qz peccasset in uerecũde egisset afferẽdo lumẽ. fuissetqz merito de zelotipia vel nimia suspitõẽ culpã dus. Rursus q̃uis ille cõcubir̃ cũ Lyã eẽt res de se illicita. tñ Jacob nō dicit̃ dedisse operã rei illicite. qz putabat ex errore facti illã esse Rachel. Sic medicus aliquis aut alius si ex pietate vellet inspicere oculum alicuius p̃ extrahẽda spina z a casu aliq̃s pelleret medicũ vel lesũ / sic qz spina plus infigeret̃ / z inde cecitas sequeret̃ talis medicus nec peccare nec irregularẽ esse quo modo diceret̃. p̃sertim in foro conscientie. alioquin sequeretur quotidie irregularitas infinite. si ex qualibet causa per accidens / deberet aliquis irregularis iudicari.

Duodecima Considerandum est vigilanter super similibus casibus ex eadem radice proueniẽtibz. p̃ quã radicem debet̃ iudicari fm̃ artẽ rezã. non

De casu quodā vtiliter resoluto

fm cuiuslibet fantasiā. **P**onam corā oculis bellū aliquod mortiferū licitū tñ. vbi mille hoies trucidāt. **A**tendā siml. q̄t z quanti sunt viri ecclesiastici. quoz actōnes potuerunt dici cause per accidens talis cedis. alter dedit consiliū q̄ patria defenderet vi armata. alter predicauit z hortatus est milites viriliter agere. alter pecunias aut cibos ministravit aut forsan arma dedit. z tālia sine numero potuerunt fieri etiā p̄ ecclesiasticos. absq̄ quibz auxilia/ toribz vel hortatibz/ forte bellū nō fuisset. **D**ecimatertia. **C**onsiderandū igitur q̄ hec consequētia nō valet. **I**ste fuit causa p̄ accidēs mortis vel mutilatōis alicui⁹ hominis. ergo ipse est homicida vel irreglaris. **S**imiliter fieret applicatio ad materiā excoicationū pro tollēdis multozum scrupulis in p̄cipatōne vel cōsilio. sed b̄ melius sep̄atim poterit declarari. **D**ecimaquarta. **C**oncludēdo sub correctiōe melius sententiū videt q̄ ex p̄dicto casu sic cōsiderato/ nō est dicenda irreglaritas fuisse cōtracta neq̄ p̄ctm̄ p̄missus. **C**o rollariū pro regula. **E**lici tandē potest ex p̄missis p̄ modū regule. q̄ irreglaritas cōtrahit ex homicidio vel mutilatiōe z non aliter/ q̄n̄ occidens vel mutilās/ fecit actū ex quo nata est de p̄ se vel vt cōiter seu probabiliter seq̄ mors hominis seu mutilatiō. siue talis actus sit licitus/ p̄nt in iudicibus z belligerātibz/ p̄ republica. siue sit illicitus de genere vel ex intentiōe. **V**idēt enī q̄ ista notificatio sit sufficiens tā ap̄d theolōgū q̄ ap̄d iuristā. **N**isi forte iurista aliq̄s ponat aliquā h̄mōi irreglaritates fundatā a legislatore/ propter solū terrorem incutiendū homibz. z nō rōe delicti. nec ratōe misterij. quo casu talis difficulter poterit distinguere casus aliquos generaliter. p̄ q̄s diceret p̄trahi irreglaritatem ex homicidio. z p̄ alios oīno siles vel grauiiores non cōtrahi. **F**init

Casus quidā pul
cre z vtiliter resolutus p̄ Joh. de gerson.

Quidā scholaris parisiē au diuerat ex fama volāte q̄ falsarij litteraz applicarū vel de iure vel alias de facto erāt excoicati. **S**cholarī isti parisi

us existēti allata est de curia romanayna

gratia expectatiua in qua erat incorrectō in orthographiā vnius vocabuli vbi pro littera e ponebat littera o. **S**cholaris iste erat scrupulosus. z timebat corrigere vocabulū illud p̄pter censurā apostolicā. nihilomin⁹ corripit ipsum solūmodo discōtinuando litterā o. z faciendo de ipsa e plenem tractū canipuli. z erat correctio imperceptibilis. **P**ostea scholaris iste ad cautelā z pro pacificatiōe scrupuli/ confessus est cuidā idoneo sacerdoti. qui sacerdos dixit sibi q̄ talis correctō nō erat falsatio littere apostolice sed emendatio. **E**t quo tempe scholaris iste fuit satis pacificatus in sua consciētia. **T**andē labentibus aliquibus tempibus scholaris iste p̄ motus est ad sacerdotiū/ et celebrauit fere per triennium. nullū faciens scrupulū de ista materia/ donec studendo summā confessorū inuenit ibi que sequūtur. **H**ostien. li. v. **R.** x. de crimine falsi pa. ij. qualiter sub pa. porro sed hodie. **H**odie inq̄t preceptum est q̄ litteris domini pape nec in magno nec i modico audeat quis manū imponere. etiam vnicā litterā vel punctū vnicum corrigendo. exceptis officialibz quibz hoc cōmissum est. alioquin manū apponens ex canone lato in curia ipso facto sententiā excoicationis incurrit. q̄ nō potest p̄ aliquē citra sedē apostolicam relaxari. **Q**uapropter querit vtrū propter istam constitutiōem dictus scholaris incurrerit sententiā excoicationis z consequēter irregularitatē immiscendo se diuinis? **D**e ista questiōe quidā ad pauca aspicientes. vel nimis ruditer sentientes dixerūt primo super hoc verbo. manū apponere. deinde sup̄ h̄ vbo corrigēdo. **S**uperiores tamen litterati quibz est epileya moraliter cōmissa iudicialiter vel doctrinaliter/ necnō theologi/ p̄sertim licentiatī. z in foro conscientie habentes gnomiam. hoc est virtutem superiorem interpretatiuam secundum leges diuinas et eternas. dicerent iudicio meo q̄ hec verba debent intelligi prout includunt in sua ratiōe seu significatiōe formali deformitatē z maliciā. hoc est q̄ talis appositō vel correctio facta sit ex malicia vel cōceptu. **A**lioquin cadūt puri litterales z rudes in incōueniētia z absurditates plimas vt q̄ recipiens bullam apostolicam z manu correctans z eam scholaribus suis exhibēs

team punctuans p exemplari incurreret
hāc sententiā / & ita de similibz incōueniē
tibz / que parmenides nunq̄ vidit iuxta
verbū aliorū. Unde sicut in excoīca
catōne percutientū clericos supponitur
q̄ hoc fiat suadēre diabolo / & sicut in apo
calipsi & in simbolo nyceno. & i dionisio
de diuinis noībus. dum ponit q̄ nihil li
ceat addere vel diminuerē / dicit exposito
res concorditer / intelligēdū esse q̄ hec ad
ditio vel diminutio nō fiat ad corruptio
nem principalis intellectus spūs sancti.
ita accipiendū est in proposito. Addēdo
q̄ excoīcatō nullo mō ferri potest ni
si in cōrumacē. Nullus autē est cōrumacē
nisi agat ex contemptu dei & ecclesie. Hic
autem cōtemptus nō fit nisi a sciente ve
re vel interpretatiue. & qui dū scit nō est pa
ratus audire ecclesiam. Doctores theolo
gi nominati doctor subtilis in quarto re
probāt ex hac radice tantā multiplicatō
nem excoīcationū / presertim late sentē
tie. attendētes q̄ potestas ecclesiastica data
est in edificatiōem nō in destructiōem & la
queū inextricabilem animaz. Quis enī
diceret q̄ aliquis prelatus ex motu capi
tis sui ferens excoīcationē de rebus
indifferentibz / vel etiam bonis de genere
vt q̄ leuans festucā vel dans hoī elemosi
nam. excoīcatōez incurreret ipso facto. to
lerandus esset & audiendus? Sic in pro
posito. quia prorsus idifferēs est tenere bul
lam pape. bene vel male scilz ad reuerenti
am bene. vel ad contemptum male sic ad
alios fines bonos vel indifferentes. bene
vel indifferenter. Attento deniqz q̄ nō est
contemptus verus vel interpretatiuus vbi
nō est obligatio sciendi / prout euenit in
cōstitutōibus pure posituius apud maxi
mā hominū multitudinē vbi ignorantia
excusat / presertim apud deum. Alioquin
quilibz essz obligatus esse summ⁹ iurista
immo plus q̄ summus qui sciret omnes
p̄titutiōes summorū p̄rificū & aliorū scri
ptas & non scriptas. Possent et expediret
hec inconuenientia latius deduci contra
imponētes iugum graue hominibus qd
nec ipsi digito mouere volunt. nec eorūz
patres et filij ferre potuerunt. Hoc vnum
ad presens questū dico q̄ circumstantijs
attentis non est habendus scrupulus. tā
q̄ de excoīcatōne late sententiē. que
deinceps prohibere debeat a celebratiōe

missarum & similitū. **N**ihilominus quia
abundās cura nō nocet / si discreta nō
fatua sit / habeat scrupulosus tales animi
preparatiōem q̄ vbi etiam aliter aut secu
rius agendum sibi monstraret proponit
hoc se facturum. **F**init.

Item ab eodē do
mino cancellario circa materiā excoīca
tionū et irregularitatum. &c.

Prima consideratio.

Contemptus
clauium ecclesiasticarū / causat
quasi formalit̄ et principali
ter / excoīcatōis vel irre
gularitatis detrimentū. Sic enim solent
p̄muniter domini iuriste dicere q̄ irregu
laritas contrahit / dum aliquis excoīca
tū / se immiscet sacris / in cōtemptuz
clauū. Fundatur autē hec consideratio
principaliter ex illa lege euāgelica. **M**at
th. xviij. **S**i peccauerit in te frater tuus. &c.
Sequitur. **H**ic ecclesie. **S**i ecclesiā non
audierit / sit tibi sicut ethnicus & publica
nus. **S**ecunda. **C**ontemptus clauū
um / potest interuenire multipliciter in ali
quo. **U**no modo directe & causalit̄ & hoc
proprie dicit̄ fieri ex cōtemptu quādo scz
cōtemptus est causa actionis / principa
lis. ita q̄ nō fieret actio nisi esset ad con
temptū clauū. quē ad modū si quis dicat
episcopo excoīcanti. **E**go in despe
ctum vestri / et vestri precepti nihil agam
illius quod iuberis. **A**lio modo fit contē
ptus implicite. quia videlicet est contu
maci in obedientia. q̄ quis non ex inobedi
entia vel propter nō obedire. sed propter
aliquid aliud delectabile vel vtile / aliq̄s
peccat contra prelati iussione. **T**ertio mo
do dicitur cōtemptus interpretatiue. om
nis voluntaria trāsgressio cuiuscunqz p̄
cepti. et isto modo reperitur cōtemptus in
omni peccato presertim mortali. directe
vel indirecte. vere vel interpretatiue. **T**er
tia. **C**ontemptus primo modo / rōnabi
liter demeret excoīcatōez & conseq̄n
ter irregularitatē. **S**imilit̄ & secundus dū
iungit contumacia. **S**ed tert⁹ cōtempt⁹
nō semp est excoīcatōis ecclesie / nec
cōsequenter irregularitatis / demeritori⁹.
Dicit̄ ecclesie notanter. quia omnis pec
cans mortalit̄ / ē a deo & apd deū excoīcat⁹

De materia excoicationū

sed non semp p ecclesiasticam sanctionē.
Quarta Contēptus / neutro modozū
predictozū dicendus est interuenire / con
tra preceptū aliquod prelati / quādo ma
nifeste z notorie prelat⁹ abutit in huius
modi precepto / clauū potestate. z hoc dū
scit z cognoscit ille qui nō obedit. nec ali
unde generat in sevel in alijs scandalosuz
contēptū clauū. Quoniā in hoc / talis
nō est inobediēs clauū potestati sed erro
neo clauū abusu. **Quinta** Contem
ptus clauū / magis inuenit quō ad cul
pam / in prelato taliter vt pmittitur abu
tente suā potestate. q̄ in nō obediēte. si cō
patio recipiat abusiua. Est igit quādoq̄
meritorū / z honorificatiūū ecclesie pote
statis / q̄ tali prelato in faciē resistat cum
appositōne inculpate tutele. quemadmo
dum resistit paulus petro // **6** Contēp
tus clauū quādoq̄ possz inueniri in
vno qui nō pareret sententiē sui prelati /
vbi z quando alijs in eadē sententiā nō
obediens / nullo modo contēptus esset
reus presertim apud deum. Quis ratio
est. quoniā vnus reputat sententiā iustā.
aut quomodolibet obediendū illi. alijs
vero non sed scit certitudinaliter aut pro
babilitate sufficienti / suum prelatū male
vri / in preiudiciū clauū z in destructōez
ecclesie. **7** Contēpt⁹ clauū / debet in
uestigari ex potestate legitima z vsu legiti
mo potestatis illius. qui precipiēdo exco
municat vel irregularitatem cōminatur.
Alioquin prelati possent inducere qualē
cumq̄ vellent super alios seruitutē. si su
is sententijs iniquis et erroneis / semper
esset obediendum. Et ita patet. q̄ hoc cō
mune dictum / sententiā prelati vel iudi
cis etiam iniusta timenda est. indiget glo
sa. Alioquin nō est generaliter verum. si ti
menda dicatur quia est sustinenda nec re
pellenda. immo in casu pati illam / essz asi
nina patientia et timor leporinus z fatu
us. **Octaua** Contēptus clauū
plus habet periculi / erga psonam summi
pontificis. q̄ erga inferiores. Quoniam
ab abusibus inferioribus patet recursus
ad papam per appellationis subsidium.
Et si dicat q̄ ita potest a papa fieri appel
latio ad cōcilium generale. Dixerūt olim
ante concilium generale pisanum z con
stanti. q̄ hoc nullo modo licebat. z allegāt
iura sua pro se valde (sicut eis videtur) ex

pressa. Sed constanter nūc asseritur. q̄
est heresis damnata per constitutōem ex
pressissimā et practicātam in cōsilio pre
dicto constantiē. prout alibi diffusius est
ostensum. Respondet igitur aliter. q̄ non
pro leuibz causis vbi etiam liceret / po
test aut debet pro appellatōibus profe
quendis passim conciliū celebrari / sicut
habetur recursus ad papam. **Nonā**
Contēptus clauū non incurret in
multis casibus quib⁹ pape mandato nō
obediret. Dum scilicet abutit enormissi
me z scandalosissime / potestate suā in de
structōnem non in edificatōnem. sicut ta
men dicit apostol⁹ ideo potestatem datā
esse. Exemplū si papa vellet thesauros ec
clesiarū diripere aut hereditates vsurpa
re. aut in seruitutem abiectionem / clerum cū
suis bonis redigere. et iuribus suis spo
liare sine causa. Quis diceret ista debere
tolerari? Quis non censeret posse dici pa
pe. cur ita facis? Quis non assentiet / in fa
cie sibi resistēdum. **Decima** Contē
ptus clauū / etiam non semper inueni
tur apud illos / qui nedum nō obediunt
sententijs excoīnicatōnum promulga
tis per papam vel suos sed etiā non est iu
dicanda esse apud illos / qui per potesta
tem secularem / aduersus tales pretenfas
sententias tueri se procurāt. Et enim na
turalis dicitur vt possit vis vi repelli. Cō
stat autem q̄ tales excoīnicatōnes nō
debent dici ius sed vis et violentia. con
tra quam fas habz liber vel homo vel ani
mus se tueri. **Undecima** Contem
ptus clauū et cōsequēter excoīnicatio
vel irregularitas / nō incurritur / dum
in premissis casibus dicit aliquis iurista
vel theologus iuxta conscientiā suam q̄
hmōi sententiē / nō sunt timende vel tenē
de. z hoc presertim si obseruet informatō
seu cautela debita / ne sequat scandalū pu
sillozū. qui estimant papā esse vnū deū
qui habet potestatem omnē in celo z in ter
ra. Veruntamē expellenda est taliū stultici
cia / per informatōnes idoneas. qui si no
lint ad quiescere. ipsi iam sunt iudicandi
de scandalo non dato sed accepto. hoc est
de scandalo phariseoz et ex malicia. non
pusillozū z ex simplicitate vel ignoran
tia. **Duodecima** Contēptus clauū
dicendus est magis foueri q̄ tolli / dū de
bentes abusu clauū resistere / diuidunt

7

4

cur inter se et impediunt se. vel per stulticiam vel per ignauiam. ne communi consensu/ si at ambulatio in domo domini. dum alij fauent abusibus. alij tollere volunt. Veritas est quod omnis via fauorabilis et humilis tentanda est cum summo pontifice/ dum male informatus/ fert per se vel suos/ iniustas sententias. quod desistat reformet. Sed si nihil profert humilis sedulitas. arripienda est virilis et animosa libertas. **¶ Finit.**

Item ab eodem

de cordis induratione

Quod durum male habebit in nouissimo. Duricies ista/ quod modo causetur. et quid est illud apostoli/ deus cuius vult miseret/ et quem vult indurat. non est mediocrius questio. Siquidem deus neminem deserit nisi prius deseratur per auersionem ab eo per peccatum. Sed derelictione facta/ cadit homo in profundum et contemnit. Contemneri vero/ deus non dat gratiam sed resistit. ac proinde non emollitur cor/ nec liquefit ad gratie susceptionem. Tandem pena damnationis infligitur. et obduratio confirmatur. Causa igitur obdurationis est voluntas auertens. et hec incipit. Voluntas resistens. et hec continuatur. Culpa permerens et hec confirmat. Deus gratiam non datur. et hec non liberat. Deus iuste puniens. et hec ordinat. **¶ Finit.**

Opusculum de indulgentiis eiusdem cancellarij

Quocumque alligaueritis super terram/ erunt ligatae in caelis. Et quaecumque solueritis super terram/ erunt soluta et in caelis. **Mat. xvij.** Collata est autem potestas hec hinc promissa/ dum post resurrectionem Christus apparens discipulis suis insufflauit in eos et dixit. Accipite spiritum quoniam remiseritis peccata remittuntur eis. et quorum retinueritis retenta sunt. **Joh. xx.** Specialiter autem et excellentius data est ista potestas clauium ecclesie. promissa prius. **Petrus ibi. Tibi dabo clauem regni celorum. Mat. vi.** Dum post resurrectionem ter interrogatus de dilectione/ dixit Christus sibi ter respondenti quod esset diligere. pasce agnos meos. pasce oues meas. Fundauerat autem Christus potestatem alligandi

di iuridice per excommunicationem dum dixerat. quod si ecclesiam non audierit. etc. Fundatur denique super praemissis/ potestas omnis/ indulgentias conferendi. Super quibus quod varij varie tradiderunt. Placuit sequentes annotare pauculas consideraciones. **¶ Prima consideratio.** Potestas clauium ecclesie/ iudicialis et forinseca/ non extendit se simpliciter et directe/ ad remissionem culpe. Ratio quod requiritur sacramentalis confessio et absolutio quod non fit in publico et iudiciali foro. **¶ Secunda.** Potestas clauium iudicialis et publica/ non extendit se principaliter et directe ad diminutionem pene/ nisi illi quod infligit aut infligere potuit/ cuiusmodi sunt pene excommunicationis. et quaricumque irregularitatum. inhabilitationum circa legitimos actus ecclesiasticos aut civiles. Ratio quod ad partem que excipit et affirmat. quia cuius est condere huiusmodi est destruere vel interpretari. Sed negatiua patet per idem argumentum a contrario sensu deductum. **¶ Tertia.** Potestas clauium ecclesie super indulgentiis concedendis/ modis quibus consuevit vti ecclesia vel ecclesie pluri/ a summo usque deorsum/ per quotatorem dierum et annorum/ praesupponit necessario remissionem vel indulgentiam in foro secreto conscientie seu confessionis sacramentalis. de facto vel in voto seu proposito. et sepius in facto. iuxta tenorem bullarum quibus inseritur hec clausula. vere penitentibus et confessis. nisi collator indulgentiarum/ intendat satis esse quod homo sit in caritate contritus/ scilicet cum proposito spe et loco confessionem facere actualem. Est autem ista fauorabilior interpretatio sine confessione quam liber. **¶ Quarta.** Potestas clauium ecclesie/ sacramentalis et in foro conscientie/ eminentior est vtilior et eligibilior in collatione indulgentiarum quam potestas sola iudicialis. Ratio patet ex praecedentibus. quoniam sine confessione sacramentali de facto vel in voto seu proposito/ nulli dies indulgentiarum vel a pena vel a culpa sortiuntur effectum. **¶ Quinta.** Solus papa supremus Christus cum patre et spiritu sancto/ potest dare plenam auctoritatem indulgentiam omnimodam a pena et culpa. quam dum confert/ dat innumerabiles et infinitos indulgentiarum dies. Ratio quia vel absoluit et quitat totam penam debitam peccato mortali. siue sit originale siue actuale. Et hec quidem est infinita extensio et atque duratio. Aut si

De indulgentiis

mutat christus penam illam debitam morali eternam/ in temporalē/ patet adhuc quod huiusmodi remissio se extendit ad infinitos dies indulgentiarum/ si tales dicere possumus dies infinitos vel eternos. Juxta illud Dies eternos in mente habui.

Sexta ¶ Solus papa christus/ gratis et absque merito alio quam suo/ facit huiusmodi commutationem pene perpetue in penam temporalem vel in plenam absolutionem. Ratio quia si talis remissio fieret ex merito illius cui remittitur/ ipsa non esset iam pure gratuita. sed quodammodo debita vel ex opibus vendita. nos autem hoc intelligimus de merito condigni.

Septima

¶ Solus papa christus/ in iustificatione impij prius natura infundit gratiam quam remittat culpam. Prius in super dimittit reatum pene eterne per infusionem huiusmodi gratie/ quam homo mereatur a peccato resurgere/ vel ab hoc reatu liber esse. Quo circa non satis advertebant qui dicebant primum actum contritionis post peccatum/ esse plus incompabiliter merito/ quam aliquem posterius elicitum. Fundantes se in hoc quod contritio merebatur liberationem a pena eterna. et consecutionem vite eterne. non ita consequentes merebantur huiusmodi remissionem. quoniam iam facta erat. **Octava** ¶ Solus papa christus potest illam tot diebus et annorum mille milium indulgentiam concedere/ quam posita reperitur in diversis concessionibus summorum pontificum vel aliorum/ sub variis temporibus locis et causis. Et forte talis enormitas concessionis ab aliquibus questuosis aut aliter male motis/ conficta est. **Nonā** ¶ Indulgentiarum concessio rationalis/ presupponit in conferente auctoritatem a christo fundatam. et in euangelio vel ex ipso explicatam. Presupponit idoneitatem et adimplerem conditionis appositae in indulgentiis. ut quod sit verus contritus et confessus. et faciat hec aut ista etc. Presupponit tertio causam concessionis seu distributionis huiusmodi indulgentiarum legitimam. clauem scilicet ecclesie non errante. neque christo reprobante. ubi non certa et evidens noticia requiritur. sed estimatio bone fidei et probabilis coniectura. quemadmodum in distributione thesauri materialis. de fisco regio vel ecclesiastico/ papa vel rex vel alius distributor attenderet. **Decima**

¶ Indulgentiarum concessio per tot milia

nedum dierum sed et annorum/ videtur difficulter saluabilis post remissionem eterne pene et commutationem in temporalem. Constat enim quod nec homo singularis in hac vita potest aut debet ad tot annos obligari penitentiam agere. cum non victurus sit per millesimam partem tot annorum. et nemo ad impossibile obligatur. Constat praeterea quod dum mundus finem habebit/ cessabit purgatorium. et ex consequenti dies penarum suarum. **Undecima** ¶ Indulgentiarum concessio non extendit se ad penas ex corruptione nature contractas per peccatum originale. Verum est enim quod papa non absoluit a siti. a fame. ab infirmitatibus. et a morte. Extendit igitur huiusmodi absolutio ad penas supradictas et infligendas/ iusto penitentialis satisfactoris iudicio pro peccatis actualibus/ vel hic vel in purgatorio. quoniam in inferno nulla est redemptio. **Utrum** vero claves ecclesie/ se possint extendere non solum super terram sed sub terra in purgatorio/ maxime quo ad remissionem pene aut venialis culpe aut excommunicationis prius late dum viueret reus nunc existens in purgatorio. sunt opiniones ad utramque partem probabiles. Et fauorabile est dicere quod sic. saltem per indirectum. propter communionem in charitate. **Sed** neque debet aliquis sic inniti indulgentiis concessis in toto vel in parte a pena et a culpa quin studiosius sit satisfacere per se et alios hic in vita. **Duodecima** ¶ Indulgentiarum concessio/ non est pependenda seu contentenda. sed amplectenda deuote in fide spe et charitate domini nostri Iesu christi qui potestatem talem clauium ecclesiasticarum dedit hominibus. Constat enim quod fructuosior est et acceptabilior deo et hominibus operatio. talibus inuitens indulgentiis/ quam altera: et hoc ceteris paribus/ non innitens. **Consilium** est igitur solum et sanum quod absque curiosa discussione de precisave evidenti et certa quantificatione seu mensuratione huiusmodi indulgentiarum studeat homo pius/ tales acquirere secundum qualitatem suae vocationis. Pondus autem valoris illi relinquere/ qui omnia facit et fecit/ in numero. pondere et mensura.

Postremo concedentes indulgentias/ rationaliter/ et in intentione et in verbis vel in scriptis

suas concessionem moderentur. vt nec di-
uine iusticie cum misericordia derogetur
nec scandalū maxime pusilloꝝ prebeat
vel ne facilis concessio maioris indulgē-
tie pro minimis vel exiguis causis / pari-
ar in arduis et legitimis pro ecclesia vel
republica negotijs detrimentū. **D**eci-
ma tertia. **S**i quis petit pro se et pseue-
ranter et pie. hoc est ad salutem et ex cari-
tate efficac est eius oratio. Pater hoc ex re-
gula magistrali que fundatur super hoc
verbo christi **S**i quid petieritis patrem
in nomine meo dabit vobis. **D**ecima
quarta. **S**i quis petit indulgentiam
peccatorum fieri sibi in hac vita potius
q̄ in purgatorio / rite petit et pie. quoni-
am pena purgatorij longe grauior est et
minus habens / immo nihil habens de-
merito. Deducit ad hoc / petitiō psal. no-
tans de triplici foro iudiciali seu puniti-
uo. Domine ne in furore tuo arguas me.
quo ad infernū vbi regnat horrenda et q̄
dāmodo furiosa iusticia propter effectū /
non ob iudicantis affectum. Neq̄ in ira
tua corripas me. quo ad purgatorij vbi
seder iusticia quodāmodo rigorosa et ira-
ta. **D**iserere mei domine quoniam infirmus
sum. quo ad p̄ntem vitam vbi sceptrum
tenet et thronum gratie dulcis misericor-
dia. **D**ecima quinta. **S**i quis
petit indulgentiam peccatorū suorum fi-
eri in hac vita ex caritate et pseueranter /
obtinēbit vitis et moriens statim euola-
bit ad celum. Sequitur ex precedētibus
quia vel per martiriū vel alijs modis deo
cognitis / purgabitur in hac vita et longe
mitius q̄ in altera puniretur. simul et pre-
mium essentialē / per patientiā merebitur
augmentari. **D**ecima sexta. **S**i quis
petit dilatiōem satisfactiōis sue fieri non
in hac vita sed in purgatorio / potest hoc
contingere culpabiliter propter debilita-
tem fidei de penis purgatorij. aut quia ni-
mis amat delicias et honores vite presen-
tis. vel asperitates exhorret. **S**i vero ve-
niat hec petitiō / ex consideratiōe fragili-
tatis proprie / et debilitate sue patientie
in aduersis / ne succumbat et peccet. tolera-
bilis videtur esse timor iste licet imperfe-
ctus sit et non omnino excusabilis q̄ quo-
dammodo diffidit de deo q̄ nō tolerabi-
liter secum ageret neq̄ q̄ daret debitā pa-
tientiā. **C**olligitur autem ex hac consi-

deratione quadruplici / ratio moralis et
theologica. **L**ur viri sanctissimi / tot fla-
gellis atteruntur in hac vita. quia confidē-
tes in dei misericordia / q̄ faciet eis cum
temptatione prouentū / petūt hic puniri
et non in finem peccata scilz etiam venia-
lia differri purganda. quorū deus petitiō-
nem exaudiens / cōmutat sententiā et pe-
nam purgatorij in penā temporalis hu-
ius exilij / et in augmentū essentialis pre-
mij scilz cum acceleratiōe paradisi. **H**inc
est illud Augustini. **H**ic vix. hic seca vt in
eternū parcas. **N**otetur de mauricio im-
peratore. qui elegit hic puniri et prodito-
rie occisus est. **S**ic aliqui iusti / viuunt et
moriuntur ignominiose quo ad mūdum.
sed mors iusti subita / quam precessit bo-
na vita. non minuit merita si moriā ita.
Propterea nil temere iudicandū. **C**ertis-
simum signum indulgentie salutaris est /
bona facere et mala pati. **L**ugduni anno
i427. **S**exta die octobris.

Subduntur alie

considerationes eiusdem pro amplifica-
tione materie super indulgentia peccato-
rum.

Consideratio prima

Eligibilis est orare pro viuīs
q̄ pro mortuis. vt liberentur a
culpa et perseuerent in gratia.
Accipitur autem oratio nomi-
ne generali / pro omni adiutorio spiritua-
li quale intelligit fieri tribus modis. **P**er
amicabilem intercessionem. per merito-
am actiōem. per recōpensatoriā satisfa-
ctiōem. **P**ater igitur consideratio quia
mortui sunt extra terminū vite. qui si sint
in purgatorio vel in celo / non indigent li-
berari a culpa / maxime a culpa mortali et
sunt in gratia confirmati. damnatis vero
non prodesse. **C**onsideratio secūda.
Eligibilis est orare pro mortuis exi-
stētibus in purgatorio vt liberentur a pe-
na / q̄ pro viuīs. **R**atio est. quia plus in-
diget. quia minus se iuuare possunt. **R**e-
compensabunt preterea cum eis bene fue-
rit in gloria quando habebunt vocem in
celo. **D**eniq̄ non potest pro ipsis esse ta-
lis oratio frustra cum sint in gratia. cum
preterea fiat ex sua iussione vel ordinatiō-
ne principali. **M**ulti rursus ita fieri me-
ruerūt dū erant in via. bona sua largiēdo

De indulgentiis

veritatem / ipse debet illam dicere tam de se quam de alijs in casu tali. Et in hoc non potest se / sed obedit legi dei / et suo superiori / qui cogunt se reuelare. Potest tamen talis culpabilis / prelo suo interrogati in publico coram alijs sic dicere / domine / quod scio patus sum vobis dicere ad prelatum. Si autem factum esset occultum de se / et persona aliqua esset publice diffamata. vel accusata ipsa similiter dum interrogata a superiore tenetur dicere veritatem. Si autem factum est occultum / et persona non sit diffamata / tunc talis persona interrogata per suum superiorem / non tenetur se reuelare / et potest dicere / domine / non debetis me super talibus interrogare / ex quo non sum diffamatus vel accusatus / vel denunciatus. Si autem superior urgeat eum per iuramentum / et sub pena excommunicationis ipse non tenetur obedire / nec penam timere. Sed si per tales evasiones et responsiones / ipsa persona veniat in suspicionem superioris / vel audientium / quod ipsa aliquid sciat / hic est maior difficultas. Et plane si sit res cognita in confessione solum / dicunt doctores quod absque scrupulo potest dicere et iurare. domine ego nihil scio de istis. Et hoc sic intelligitur / quod nihil scit tali modo vel scientia. quomodo modo potest superior et solum debet interrogare. Si autem posset similiter in alijs pure secretis ita respondere sine mendacio / ego non audeo diffinire. Videretur tamen alicui par ratio / et par verbi intellectus.

Utrum in casu predicto possit prelatus precipere. si quis sciuerit accuset eum. aut si talis teneatur obedire? Respondetur sicut ad priorem in omni casu. Et addo quod superior in tali inquisitione pure secretorum graviter peccat / et esset puniendus. quoniam excedit metas officii sui. et violat quantum in se est iurisdictionem dei / qui sibi soli secreta reservavit punienda.

Utrum si quis maliciose accedat ad prelatum suum / confitens peccatum suum / de quo credit se non posse publice puniri. quia ei secreta confessus est. Si vero ante confessionem peccati vel post venit ad noticiam prelati tale peccatum per confitentem vel per alium / possit prelatum ipsum peccatum reuelare. et publice punire peccantem. et precipue si publice accusetur? Respondetur / quod sic / sed obseruet prelatum /

Questiones quedam

ne scandalum oriatur / et hoc faciet ostendendo prius qualiter scit modo publico vel ante confessionem vel post peccatum confessus celando tamen quod aliquid sciat in confessione. Immo si per hoc innuat quod prelati reuelet confessionem / ipse est grauissime puniendus. **Utrum** si maior solus / aut unus vel duo alij soli / sciant peccatum alicuius. an possint aut debeant adducere tale peccatum ad publicum iudicium? **Respondet** oportet ad minus esse duos testes / et qui sciant ex certa cognitione. non ex solo auditu / vel quod ipse reus confessus sit publice / potest etiam in hoc casu per iuramenta et aliter molestari ille qui est publice diffamatus de aliquo facto / vel ubi factum est publicum licet persona sit occulta quatenus publice veritas cognoscatur. **Utrum** reuelator confessionis remittendus sit ad superiorem / et ad quem et si in omni casu id est si semper. **Respondet** quod tutius est remittere ad terrorem. quoniam peccatum est enormissimum et pessimum et reputare minus malum apostatari plures a religione professas / licet non sit talis pena in canonibus statuta / et vix possit dari pena sufficiens. Jura tamen instituunt quod talis retrudat in artum monasterium. etc. non quod iura cogant profiteri religionem / sed cogunt carcerem pati. vel talem penitentiam.

Utrum si quis non publice sed singulariter exprobrando tamen. et hoc extra confessionem / vel etiam in confessione / peccatum dixerit in confessione auditum sit puniendus et quomodo. **Respondet** quod ex caritate et in confessione / potest sibi obijcere peccatum confessum / seruata discretionem. sed sepe non expedit ubi confessus scandalizaret et male caperet / et forte retraheret a confessione alias facienda. Extra vero confessionem nunquam fiat exprobrando / nec etiam admonendo. nisi forte in quodam generali. Et hoc adhuc vix potest bene fieri. Propterea tutius est dimittere / et semper ostendere quod de peccatis confessis nihil sciat aut cogitet. Reperiatur alia via monendi quam ista / et cogitet quilibet quod sibi vellet fieri / aut non fieri / in hac parte

Utrum si confitens

obliscat penitentiam / debeat iterum confiteri? **Respondet** quod talis debet confiteri de penitentia oblita. Et quia nunc penitentiae sunt arbitrarie / videtur quod non oportet confiteri peccata priora / licet doctores anti-

dixerint oppositum. **Utrum** si quis non compleat penitentias sibi iniunctas ex negligentia et torpore vel ex mala voluntate. aut forte quia nimis graues sunt / sufficiat se iterum profiteri / et non iterum facere penitentias? **Respondet** quod confessor potest secundum suam discretionem relaxare. presertim in penitentibus datis pro peccatis occultis / non ita de publicis. Nec videtur recurendum esse de necessitate ad priorem confessionem aut superiorem. Et presertim quando tales penitentiae date sunt non per superiorem / sed per equalem. alioquin tutum est recurrere ad superiorem / vel equalem / pro relaxatione vel commutatione. et hoc quo ad penitentias faciendas. Sed iam de omissis puto / quod confessor qui habet potestatem absoluendi / potest secundum arbitrium suum / dare nouam penitentiam / et non iniungere completionem illius que omissa est. **Utrum** expediat sepe / aut in omnibus / confiteri eadem peccata / scilicet aut propter pleniores indulgentias acquirendam que ex maiori confusione causari potest / aut propter maiorem humilitatem? **Respondet** quod hoc bene fieri potest propter aliquam causam predictarum. aut aliam similem ut propter habendum consilium. Et caueatur in tali narratione curiositas. et specialiter in peccatis carnis. **Utrum** si quis commiserit plura peccata similia eiusdem generis aut speciei / que tamen non inducunt ad aliquid peccatum graue. id est que non habent circumstantias graues. **Utrum** sufficiat de quolibet genere aut specie generaliter confiteri. et non in speciali de omnibus? **Respondet** quod sufficit / presertim si dicatur numerus peccatorum scilicet. aut duos nescit explicetur taliter quod confessor possit satis cogitare multitudinem peccatorum / ut dicendo per unum annum vel per mensem / incidit in tale peccatum / toties quotiens tetabar. etc. quia quo ad quolibet speciale descendere non oportet. nec sepe expedit / propter audientem et loquentem / et temporis amissionem. **Utrum** si plures non simul sed unus post alium / aut duo tamen simul / viderint quempiam peccare possint eum ad publicum iudicium adducere? **Respondetur** quod si duo simul viderint idem factum eodem tempore / et eodem loco / possunt testificari ut in publicum veniat. Secus si sint diuersa tempora et diuersi actus successiue et unus vidit post alium et non simul quia tunc non sufficit testimonium ad convincendum.

Utrum propter pñtiam heretici scismatici vel alterius excommunicati/ debeat quis cessare ab oratione/ vel in missa sistere/ in quolibet passu fuerit/ vel in officio diuino? Respondet si talis assistens sit notorie excommunicatus/ et denunciatus et constat illis de choro vel ecclia talis celebrans debet cessare. et significare palam causam sue cessationis/ nisi excusetur per timorem cadentem inconstantem virum. Si autem excommunicatio sit occulta/ nec fuerit denunciatio facta/ talis non debet cessare a celebratione publica/ presertim iam inchoata quia nec debet alium pro palare.

S **Si quis petit pro-**batorem religionis/ et tunc inuenit strabonem aut debilem/ aut inscium aut in aliquo inhabilem/ et hoc bene tunc notat/ permittit tamen sic per annum/ post hoc petit professioem et nullum aliud habet impedimentum quod prout vtrum possit repellere? Respondet quod sic. etiam gratis non assignata alia ratione.

Item nouitius interrogatur an habeat aliquod impedimentum per quo non possit profiteri? Respondet se non habere/ et sic consentit sue professioni imo de facto profiteretur/ inuenit tamen postea quod impedimentum habebat/ vtrum talis professio valeat aut non? Respondet quod talis nouitius ligatus est intrare religionem istam vel aliam. Sed de consuetu maiore est difficultas/ quia presupponitur quod non consentit nisi sub condicione/ quod nouitius non haberet aliud quod tale impedimentum/ quod expresse nominatur/ et in statutis ordinis ponitur. Et ita videtur quod non stante tali condicione/ consensus non tenet. Sunt tamen argumenta ad oppositum de conditionibus appositis matrimonio quod dimitto. Consulerem tamen/ quod talis iam professus/ exteri/ et diu tolerat/ non expelleretur/ nisi necessitas vigeret/ hoc propter scandalum vitandum/ et caritatem nutriendam.

S **Si dispensator aut procurator monasterij/ vel alius cui forte date sunt pecunie pro emendo aliquid pro communi/ aut pro quavis alia causa comunitatis/ ipse emat pro se vel pro alio/ cultellum vel gratium aut filium aut acium/ absque licentia generali aut speciali aut permissu presidentis. vtrum talis faciat contra votum pauperum/ et reputetur proprietarius/ peccauerit quod mortaliter tanquam transgressor voti. Et si iuridico si dederit vel accepit ab extra**

neis? Respondet per distinctioem: quod vel talis procurator/ estimatur probabiliter et rationabiliter/ quod superior suus vellet bene si sciret. quod illa fierent de quibus queritur. Et in hoc casu non videtur talis procurator proprietarius/ vel transgressor voti. Si autem credit aut credere debeat probabiliter/ et rationabiliter/ quod si superior talia sciret/ ipse non apparet sed displiceret sibi/ et hoc displicentia graui/ tunc talis est fur et transgressor voti.

Utrum quis renuere debeat officium quodcumque sibi iniunctum a maiore/ propter aliquod impedimentum ipsius officij? Respondet quod reuelatis excusationibus suis maiori suo si idem persistat in sua voluntate/ obtineat sibi confidendo de diuino adiutorio. Et hoc etiam habet et regula/ quod si impossibilia iniunguntur alicui fratri etc. Presupposito tamen/ quod non habeatur rationalis existimatio de maiori/ quod et impetitia vel malicia precipiat illud/ et quod illud quod iubetur sit de illis que pertinent ad regulam/ et ad que se extendit potestas maioris/ alioquin non debet obedire. Dicitur autem ratio naturalis existimatio quoniam rationes probabiliores habentur ad sic credendum quam ad oppositum/ dummodo non fabricet sibi tales rationes/ inordinata vel indisciplinata affectio.

Queritur quo intelligatur ista auctoritas beati thome de aqno/ quod consensus delectationis peccati mortalis/ est peccatum mortale? Respondetur quod si quis tetatus fuerit de aliquo peccato mortali/ si delectatur in eodem delectatione morosa/ et placeat sibi illa delectatio/ ratione deliberata. ita quod non vellet quod tetatio recederet. sed quod delectatio duret amplius. posito quod non vellet actualiter committere peccatum/ hoc est exercere peccatum suum ad extra/ peccat mortaliter. Et hec ratio probata est et in multis casibus alijs habet locum eadem auctoritas. Propterea cautissimum est/ statim abigere tales recogitationes operum carnalium/ tam aliorum quam suorum/ quod quis sit aliquando in tali recogitatione/ viciu quoddam curiositatis nomine. quia non oportet esse peccatum mortale/ potius quam sit delectatio carnalis/ et hec curiositas/ communis est apud quemlibet ex sensibus/ ut oculus non saturatur visu. nec auris auditu etc. Et potest magis dici delectatio homini sensualis quam carnalis seu libidinosa.

Explicunt questiones.

Quidem de peccato veniali duplici.

S

De correctione proximi

Dota q̄ dupliciter dici potest peccatum veniale. Nam aliud est veniale solum ex genere. sicut verbum ociosum. aut mendacium iocosum. Aliud est veniale ex hoc q̄ non fit cum deliberatione perfecta. sed in primo motu vel q̄ dā surreptione. quemadmodum nullum est peccatum adeo mortale. quin per defectum perfecti consensus. possit remanere infra metas solius venialis. Et quo ad ista peccata venialia. verissima est regula beati Aug. vi. delz q̄ nullum peccatum veniale est adeo. quin mortale fiat dum placet. Sed de primis venialibus non oportet. imo sanctus thomas dat regulam. q̄ consensus in actu veniale. superle de genere. non est nisi veniale sicut metiri iocose etiam ex deliberatione vel frangere silentium. q̄ solum impositum est per modum discipline. et delectari in istis. non est nisi veniale. Si autem delectatio fundaretur super hoc q̄d est peccatum id est q̄ quis delectaretur in hoc actu. sub hac ratione qua prohibet et displicet deo. tunc ipsa delectatio peccatum mortale esset. Sed hec est diabolica placetia. q̄ uis posset forte sine peccato mortali q̄s in hoc casu delectari in hoc q̄d habet talem libertatem sic agendi. nesciente suo superiore. aut alia tali ratione. **Finit.**

Eiusdem de correctione proximi

Corruptio proximi de qua dicitur Mat. xviii. Si peccauerit in te frater tuus corripe ipsum. etc. est in precepto. Si tamen iste sex conditiones concurrat. Prima est certa peccati agnitio. quia ex sola suspitione non debet fieri. Secunda est mansuetudo in corripiendo. quia corripiens cum ira magis provocat ad peius quam corripiat. Tertia est q̄ in alio non sit tanta aptitudo ad corripiendum. quia si ipsum fratrem peccantem videat aliquid eque boni sicut ego vel meliores. et ei forte magis familiares. vel plures suis. probabiliter supponere possit. q̄ aliquis istorum corripiat ipsum. Si autem certum esset. q̄ omnes negligenter eum corripere tunc teneret quantum ad hanc conditionem. et alijs conditionibus concurrentibus. Quarta est spes probabilis de correptione correctione q̄ si non sparet sed peioratio timeat correctionem fieri non debet. Quinta est q̄ peccatum sit mortale non tamen veniale. Sexta est q̄ non sit spes habendi maiorem oportunitatem temporis ad corrigendum seu cor-

ripiendum. **I**stis sex conditionibus non concurrant. licet precepto leges. non tamen ligat ad exequendum. i. corripiendum. sed potest differre sine peccato. quibus bene simul concurrant. hoc tamen non dico de prelo sed de fratre q̄ per confidentiam non habet in illum q̄ peccavit. **E**t obligatio huius precepti est affirmativa ligans semper. sed non ad semper. sed tamen per necessitatem. q̄d est quoniam omnes ille conditiones supradicte concurrunt. Quare non est timendum homini bone voluntatis de hac transgressionem. si pro se habuerit dictas conditiones.

Tertio ex vi precepti. secreta correctio vel admonitio. debet precedere denunciationem quoniam ipsa correctio cadat sub precepto. exceptis his quatuor casibus in quibus non est necessarium. Primum quoniam frater venialiter non mortaliter peccat. quia de veniali non est preceptum. Secundum quoniam corripiens fratrem. ex sua secreta correctione peiorare forte formidat. Tertium quoniam licet sit spes correctionis per secretam ammonitionem tamen mora periculum habet. tunc omnia per uata correctione statim denunciari debet. Quartum quoniam corripiens sine propria culpa corripere non valet. quia dicit gregorius. perfecti magnanimis laus est. propter exteri. fortiter et iterum clementer. Nam sunt nonnulli. in ipsa familiari conversatione q̄ corrigi nequeunt sine culpa corrigentis atque ideo cum vel corrigentem inquinaat. vel non omnimodo hec agentes aggravat. magna misterij dissimulanda dissimulatio toleranda. Quare sciendum in his q̄ tradidit dominus servanda. Aliquoniam est precipue forma tenenda ut in sacramentis et in talibus non licet recedere a scriptis verborum formis. quia in ipsis virtus facti consistit. Aliquoniam finis intentus magis debet attendi quam forma verborum. ut cum dominus dixit curato a lepra. Mat. xvij. vide nemi dixeris et tamen ille diffamavit eum. quia magis attendebat propter quod dixerit quam quod dixerit. **S**icut hic magis debet attendi finis correptionis scilicet emendatio peccatoris. quam forma verborum. Si quoniam ergo videat frater peccans salubrius corrigi per alium qui potest et vult potest. quam per se. secure potest ei indicare. unde etiam prelo dici potest peccatum fratris. non premissa monitione. vel secreta correctione. non tamen iudici. sed tanquam amico peccantis et qui ei magis potest potest quam alius precipue propter casus practicos. **T**ertio peccatum de quo frater peccans fuit secreta correptus seu admonitus. et de quo se emendavit. potest dici plato precipienti per obedientiam. Ita tamen q̄ si denunciatus solus peccatum

nouerat / soli plato dicat. Si at r alij no/
uerat / nō corā alijs q̄s corā illis ip̄z plato
reuelat. **C**auendū ne q̄s aliqd̄ sinistrū
alicui de aliq̄ loquat / nisi vlt̄ ille de q̄ lo
quit / ab illo cui loq̄t̄ emendet. vel ne ille
cui loq̄tur ei familiaritate iūgat̄ ab ip̄so
corrūpat. **C**orreptōem aut̄ pdicatiōem
nō d̄z dimittere platos p̄pter subfannatō
nem / vbi sunt aliq̄ boni int̄ malos. vel q̄s
uis oēs sint mali / spes t̄n̄ sit de correctiōe
alias d̄z tacere / vel p̄t ad aliū locū trāfire /
vt fructum possit facere. **¶ Finit**

De contumelia et

Contumelia p̄p̄rio (cōuicio
quēdo ip̄ortat de honoratōem
alicui in hoc q̄ aliq̄s illd̄ qd̄ ē
p̄tra honorē alicui d̄ducit in
noticiā ei r alioz / et hoc p̄ vba. ext̄so t̄n̄
noīe / d̄z etiā eē in factis. **C**ōuiciū autē
est de honoratio alteri / p̄ verba maifesta
tina vicioz ei / culpabiliū vel naturaliū.

De pcto mortali

Pccatū mortale fm̄ august. est
dictū vel factū vel cōcupitū qd̄
fit p̄ legē dei. **G**eneral̄ rēpratio
fit tribz modis suggestiōe dele
ctatōe cōsensu. **S**uggestiōe ex
trinseca fit in dicto vel facto hoīs vel dia
boli. r hoc oī culpa carz r macula / si ei nō
cōsentit. **I**ntrinseca est delectatio in p̄mis
motibz. r hec maculā hz / sz nō crimen.

Consensus in delectatōez mortalis pcti
sicut est fornicatio / est mortal. **D**ō sic ē in
telligendū. **N**ā q̄ sic delectat. aut̄ aduertit
aut nō. **S**i nō / nō est mortale. **S**i aduer
tit aut̄ cito auertit se a cogitatione aut nō
Si cito auertit se / tunc est veniale / q̄suis
itez r itez in idē redeat. **S**i at̄ nō auertit
se a cogitatōe tali quā bñ scit eē mali. tūc
aut̄ aduertit piculū pcti mortal qd̄ est ibi
aut nō. **S**i nō adhuc ē veniale / licz mai
p̄iore. **S**i at̄ aduertit piculū qd̄ est ibi /
nec timet / sed scienter r volūtarie manet
in tali cogitatōe seu cogitatōis delecta
tione / tunc peccat mortaliē. **¶ Finit**

Tractatus de par

uul trahēdis ad x̄p̄z eiusde. m:
Jo. de gerf. Lancell. parisiē.
Inite paruulos venire ad mez
nolite phibere. taliū enī est re

gnū celoꝝ. **S**uprem̄ legislator noster et
doctor x̄p̄s / sufficientē p̄beuit instructō
nē. tum doctrinis. tū operibz r exēplis. ad
vniuersalē ecclesie decursū / p̄ omī statu
r gradu regulandū. **I**ta enī recta fides hz
Et qm̄ portio ecclesie nō vilis est puero /
rū r adolescentiū cerus / noluit idē christ̄
ip̄sos absq̄s cōgruis institutōibz p̄tergre
di quineriā aliquoz tūc p̄ntiū r oīm per
hoc futuroz / minus beniuolā indignati
onē / vel insipientiā rudē / vel altā plusq̄
satis erat inflatāq̄ sapientiā cōpescuit eo
rū qui phibebāt sibi puulos offerri / mi
nādo offerētibz. **S**inite inq̄t puulos ve
nire. rē. **E**t tanq̄s ab eo q̄rere cur hoc ita
finerēt. subiūxit causam p̄cipuā r diuinā
dicēs. **T**aliū enim est regnū celoꝝ. **E**t in
Marco sic habet textus. **D**iscipuli autē
cōminabātur offerētibz. qd̄ cū vidisset / in
digne tulit. **E**t ait illis **S**inite puulos ve
nire ad me r ne phibueritis eos. **S**eq̄tur
Et cōplexans eos. r ip̄onēs man̄ sup̄ il
los benedicebat eos. **Q**ue verba si cū suo
pondere sententiāz cōsiderem / ingentē
prosus acerbe mordacisq̄ inectiōis ma
teriā habebim̄ in eos q̄ puuloꝝ salutē et
accessum ad x̄p̄m / p̄pediūt. **E**t ita profe
cto audire digni erūt qui tales sunt. **S**z
absit oīs amaritudo reprehensionis. p̄cul
esto oīs substomachatio p̄t̄uiens. imi
temur puuloꝝ simplicitatē de puulis lo
cuturi. nihil hic contentiosa animositate
declamem. **A**tendam̄ port̄ q̄s modesta
increpatōe in discipulos vsus est x̄p̄s / eri
am dū indigne ferebat. **S**inite inq̄t puu
los ve. ad me. **C**ontem̄ deniq̄s sermonē
p̄ paruulis. nō magnope p̄santes rudia
r vulgata verba si op̄ est balbutire / more
nutricū r matrū. blefo ore sermonē cū p̄
uulis dimidiantū. dūmodo sic intelligen
tur illd̄ qd̄ dicere volum̄ satis est. **T**ū ad
animandū docendūq̄ puulos venire ad
x̄p̄m. **T**ū ad tollendū viāz scādala maḡ
q̄s ad quēpiā satirica dicacitate acrit coar
giendū. **S**ub paucis igif̄ consideratō
nibz / quatuor nūero. ordine lucido distin
guat̄ p̄ns opusculū. **P**rima consideratio
erit de puulis quāta necessitate / cū sui et
ecclesie vtilitate veniāt ad x̄p̄m. **S**ecun
da cōsideratio loquet̄ de scādali zantibz p̄
uulos. dū eos varijs modis nō sinūt veni
re ad x̄p̄m. **T**ertia subiungēt̄ de laudabili
studio eoꝝ q̄ reducūt puulos ad viām q̄

De paruulis

ducit ad xpm **Quarta** ponet apologetica pro baculo mee defensionis et simul exhortabit puulos p me indignu ad xpm venire. **S**ubmitto tamen oia/ auctoritati beniuole superioris mei in hac pre. Et neq sensum ppiu/ neq prudentia neq iudicium/ preponam amicoz meoz spualiū con filio. vt sit zelus me hac huilitate temperatus. ne vt sic currēs incurram. **U**bi vero isti mecu senserint. reliq omnia que hoies aut carnales aut maliuoli aut ad pauca aspiciētes enūciauerint/ cōtēptū sum leuit/ sciens cū **D**iero. q p infamia et bonam famam/ puenitur ad christum.

Prima cōsideratō

De puulis quāta necessitate cū sui et ecclesie utilitate veniant ad christū.

Bonū est viro cū portauerit iugū ab adolescētia sua. **I**ugum illud itellige qd xps asservit eē suauez onus leue. **U**bi senectūe veritas fundat p̄rio in augmēto diuine gratie/ q tribuit exercētibz se ad eā/ tāto abūdanti/ quāto citi/ ac diuini/ hoc egerint. **U**bi vero maior est grā in aīa/ magis est ipi/ foris nutritrix conseruatric atq; roboratric. **E**t e regione plerūq; fit iusto dei iudicio vt q grām dei vel neglexerit/ vel repulerit. abutēs donis dei et talētis summi patris fami lias in p̄rio etatis vigore dū fas erat. post modū ad eā veniēdi nequaquā recursus habeat. **S**z absq; dei gratia qd saluabit/ qd subsistet/ qd nō potius in p̄ceptis vel i dā nū ruerit. **S**i tu in puericia cū deū nondū offendisti/ nec p̄meris fasce peccatoz/ ne qd (vt dicit) ascendere ad virtutes/ qd fiet dū hostis fueris. dū grādīs criminū sarcina/ ceruicē senectutis curuabit et p̄merit. **P**orro quis nesciat/ p̄mitias florentis etatis sicut et in plātis et vineis et rebz ceteris. acceptiores existere ac pinde obsequia puuloz gratiora esse qd senū debilitatoz. qui nō vicia deserūt sed a vicijs relinquit. **O**ptima queq; dies miseris mor talibz cui p̄ria fugit. ait egregius poeta **A**mplius si cōsuetudis virtū attēdit. que ab arestotile (vocē experientie proferēte) vocat altera natura. p̄spiciū erit/ nihil mala cōsuetudine onerosi/ amari/ atq; deteri/ et bona cōsuetudine nihil facili/ suauius diuini/ q. **P**ropterea cōsentitū phi oēs et poete cū theologis/ nō pax. referre/ iuue/

nes sicvel sic assuefieri. **A**deo in teneris assuefieri multū est. ait virgili/ **D**inc iubet **T**ullius. **O**ptimā formā viuēdi eligēdā esse quā iocundā reddet consuetudo **D** male feres/ assuefice/ feres/ ait naso. **E**t flaccus **F**igit equū docile/ tenera ceruice magister **I**re viā quā mōstrat eques. venaticus ex quo. **A**pe ceruinā pellem latrauerit aula **M**ilitat in siluis carul/ nūc adhibe puro **P**ectorē verba puer. nūc te melioribz offer. **Q**uo semel est imbuta recēs ser uabit odorē diu testa **P**ostremo si maximā vim cōsuetudinis/ puerse leges/ sacrilege supstirōnes ostendunt vt **A**uero is cōmemorat/ simili et viciosi mores/ ut cōquerit **A**ugu. et aliorū plurimi. quis dubitabit assuefactionē in vera religioe castis moribz/ plus habere virtutis/ qm ad iungit et opitulat sicut p̄dicim/ gratie diuinit/ inspire/ prepotēs auxiliū **Q**uo circa/ mea crebra mens exhorruit dum sonabat iuuenū subuersiuus ille verfus **A**ngelicus iuuenis senibz sathanizat in an nis. **P**lane nō video qd de sathanizate in uene sperandū sit in senectute qm peruersis inclinatioibz accesserit puerior cōsuetudo/ si angelizans iuuenis et vicijs obnitens/ in senio sathanizat **S**z blasphemū hoc puerbiū adiuuenit errās vulgus vt reliqua multa **A**d qd ita: **A**d parocinū vtiq; p̄ditissimoz nequissimoz q; puuloz suoz. quoz maior incōpabilitē est copia. quatin/ non tam eos corrigeret/ ab errore viarū suaz/ qd non irrideret a cōsocijs timoratis et bene institutis (q profecto sunt rara auis in terris) quibz inest verecūdia mal' obstās conatibz **A**t heu ita iā est. **I**n puulis laudat in uerecūda frons **P**rocax vultus **I**mpurū os et blasphemū et obscenitatibz assuetū **L**ubricitas in oculo **I**n gestu oīs dissolutio. **S**z vere quales ex talibz puulis prodeāt viri atq; senes/ per sentit nimīū christianitatē quotidiana calamitas **N**on fallebat ergo sed circūspectissime cōsiderabat qd as firmavit/ reparatōem mox ecclesiasticoz si quera fieri/ inchoandū esse a paruulis **Q**uia enī minus corrupti/ minusq; tenaciter infecti sunt/ capaciores inueniuntur doctrinarū salubriū **E**t si hoc fortassis nō satis ad profectū. **I**stud enī norasse videt arestotiles dicens eos ineptos auditores moralis sciētie. nolens p hoc negare ipaz

eis vtilem existeret. nisi dixerimus eum st/
bimet contrarium. ¶ Paruuli quippe apti
sunt ad accipiēda bonorū studiorū exor/
dia quando nondū falsas opiniones al/
tius imberūt. quando nondū radicē
herent pniciose adinuētiōes in eis. Tres
sunt recentes pro liquorib⁹ optimis. No
uelle preterea plantatiōes que sequuntur
leuiter quo ducētis man⁹ deflexerit. Om
nia hec secus in senibus plenis dierū ma
lorū. quos citius frāgas q̄s flectas. Si po
test inquit Jeremias mutare ethiops pel
lem suam. ⁊ pardus varietates suas ⁊ vos
poteritis benefacere cū didiceritis malū.

¶ **Q**uasi iuxta deductiōem hanc reparatio
ecclesie ⁊ eius cultura/inicianda esset a p
uulis (sicut esset) Ubi precor efficaci⁹ san
ctissimi opus exercebit q̄s in celeberrima
ciuitate parisiensi. Ubi sunt enim puuli
qui p̄ yniversalē dispergent christiani
tatem. Esse quoq̄ poterūt aliorū docto
res instructoresq̄ cōmodissimi. maxime
domesticorū. Et hac p̄terea, considera
tione cōsequens est: nullū magis inimi
cari ecclesie ⁊ preparare omnia antiq̄pōin
demolitōes eius/q̄s facto aut verbis clam
vel palam obuiantem voci xp̄i. d. **S**inite
puulos venire ad me. ⁊c.

Consideratio II

De scandalizantib⁹ paruulos dūz varijs
modis eos nō sinunt venire ad christum

Quasi scandalizauerit vnū de pu
illis istis minimis qui in me
credūt expedit ei vt suspē. mo.
asi. i. c. e. ⁊ demer. in pro maris:
¶ **E**p̄s hoc dic. dubitare nefas ē. Nec opoz
ter in hoc verbo vt dūtaxat mystico intel
lectu. transferēdo ad pusillos spirituales
quando litteraliter etiā potest intelligi de
pusillis etate. At accipitur forte principa
lius ⁊ prius de eis. tanq̄s scandalū piculo
sius longe sit ipsorū q̄s aliorū credentiū.
quoniā teste Oratio. Talis quilibet est
cereus in viciū flecti. et dum semel corru
ptus est/ non eque leuiter ad virtutis for
mā ⁊ caracterē reducitur. Propterea talium
scandalo precauēs Satiricus. docuit q̄
maxima debet puero reuerentiā/ ne scz q̄c/
q̄s fiat impudicū prauum ⁊ obscenū in of
fensionē sue puericie. Ad hoc credit verbū
christi pmissum. **S**inite ⁊c. Om̄is quip
pe scandalizans puulos / suo accessui ad

christum obuius est. Huius deniq̄ ius/
sionis/ vtrōq̄q̄ similis fere causa ponit
ā christo puulorū videlicz dignitas. Nam
prius dictū est talū esse regnum celorum.
¶ **H**ic asserit quoniā angeli eorū sempervi
dent faciem patris sui qui in celis est. ¶
¶ **N**unc superest enumerare modos scanda
lorum/ puulis obstātium. Est enim scan
dalum dictū vel factū minus rectum/ pre
bens alteri occasionem ruine. Omnis id
circo peccare vel cadere faciēs puulos in
via morū gradientes ad christū/ scandali
zat eos. Hoc autem dupliciter fit. Nunc
opere nūc sermone. At vtrōq̄q̄ duplici
ter directe vel indirecte. ¶ **I**ndirecte qui
dem scandalizat aliquis. dum nō prohi
bet scandalū. quādo sua autoritate vel of
ficio/ posset et deberet. quēadmodū negli
gentia naute submergit nauem. Aut certē
dum volens quispiā prohibere scandala
impeditur seu cōtumelijs apertis seu de
tractionib⁹ occultis seu damnis ⁊ alijs di
aboli mille machinamētis. Utrūq̄ istud
scandalū prebuisse vñ sunt discipuli. dū
⁊ prohibebāt paruulos venire ad christū
⁊ cōminabant offerentib⁹. At vero q̄s irra
tionabiliter hoc egerint ⁊ nō fm scientiā.
¶ **I**ndignatō christi subsecuta/ apertū dat
indiciū. Quos videns iesus inquit euan
gelista indigne tulit. An operis huius p
ua tibi videtur indignitas que ad indi
gnationē cōmouere potuit dignatissimā
iesu mitatē: qui ipsuz benignitatis fon
tem valuit quasi turbare serenū. Non in
terim memini litteris expressum/ q̄ factū
aliud indigne tulerit christus. Qui etiā
ipsa publicanorū ⁊ peccatorum facinora
mansuete ferebat/ dum indignabatur fal
sa phariseorū iusticia acclamans: **T**ur cū
peccatorib⁹ ⁊ publicanis manducaret. ¶
¶ **V**itemus vtrūq̄ scandalū fratres ne ca
dat indignatio christi sup nos. Nam in
dignatio principis mors. quantomagis
dei. ¶ **S**candala quidē operū ⁊ verborū
que palam ⁊ directe tenduntur adolescen
tum pedibus/ nemo non intelligit. Sūt
enim qui gloriānt non solum cum male
fecerint ⁊ exultant in rebus pessimis/ sed
diabolica pueritate socios quot possunt
facinoribus suis accumulāt. quasi scilicet
ad nil aliud intendere videantur/ q̄s ne so
li pereant. aut ne parū comitati/ detrudā
tur in infernum. Talem olim catilinam

De parvulis

passa est romana respublica. et nunc pluri-
mos experitur ecclesia. Et cecavit enim eos
malicia eorum. ut a fide discedant. et ut dati
in reprobū sensu/ agant ea que pridē apo-
stolus ad Romanos scribens enūeravit/
et (quod vix vllus credere poterit) lōge de-
teriora et abominabiliora. Nec sufficient
sue dānatissime perditissimeq; perditio/
ni/extranei et proveci/ ipsi nulli proximi-
tati sanguinis/ nulli innocētie et angelice
puritatē erati/ nulli parti sanctissime par-
cunt. quin omnia fedent/ omnia cōmaculēt
execrandis flagitijs. **T**anta est nimirū li-
bidinose voluptatis effrenatō. tā fas omne
nefasq; confundit furor inflāmatu et p-
fundatus viciōrū. ita ut recte senserit Ori-
genes qui nihil referre posuit. inter demo-
niacum et aliiū passionibus suis agitatū.
nisi q; amplius addo. demoniaco enī pe-
na sola est hec veratio que alteri ad culpā
detestabilem imputat. **D**iremur ergo
si nostra tempestate plus solito/ sensus et
cogitatio hominis/ prona sunt in malū
ab adolescentia/ quando cū primaria cor-
ruptōne nature sugunt puuli/ quasi lac/p-
sonalem ut sic loquar saniem peccatorū.
Adde q; multorū parentū et magistro-
rū cura/ vel nulla vel vltima est/ de puulo-
rum suoz moribus et eorum disciplinata
custodia. Quid ergo stupendū/ absq; du-
ctore positi i via lubrica et tenebrosa (q; angelus domini malus psequitur) cadūt
ex facili. **U**tinam negligere eos solum
esset. **P**onūtur ante oculos suos talium
operū ditorumq; nefandoz exemplaria
immo et picturarū ignominiosarū et scri-
pturarū lascivarū simulacra. ad que aspi-
cientes/ quid non nisi praviter opentur?
Audi satiricū. velocius et citius nos cor-
rūpunt exempla domestica/ magnis cum
subeant animos autorib; **P**reterea quid
aget filius/ nisi quod viderit patrē facien-
tem? **A**d quod retorquet puerbially illud
eglogici carminis. **P**atrem sequit sua p-
les. **I**ta cūenit ut iam desit in multis re-
medij locus. quia que fuerāt vicia/ mores
fiunt. iuxta **S**enece verbū. **N**onne que
so scandala hec tibi esse pessima videntur
pro puulis precipitādis in via morum?
Et vetalibus palam scandalizantib; nō
iam vnum sed multos ex pusillis christi
quos nō sinūt venire ad christū. **E**t ve-
ro si scādalisantes in obscuro et in occulto

rectos corde/ deteriores sint/ nō mor dif-
finio. **I**sti sunt (ut dixim) qui ponūt scā-
dalum nō immediate et apte ante pusillo-
rum pedes/ sed velut a latere. **N**am ducto-
ribus eorundē et instructoribus insidiā-
tur eos subsannāt et infamant et calumni-
antur. quasi nō deuotōne et religiosa pie-
tate cōmunicent puulis in doctrina/ sed
vel curiositate. vel hypocrisi vel fictōe ali-
qua. **H**ec est vulpina immo diabolica
calliditas. que ex obliquo insidiāet mor-
dens ut coluber/ non finit puulos venire
ad christū. **I**n qua peste minus est reme-
diū q; in prima. quanto minus expelli p-
hostis occultus q; aptus. **T**ales cōpescere
debuisset illa sapientis preceptio. **N**o-
li prohibere benefacere. **S**i potes et ipse
benefac. **Q**uā capiet nobis has vulpes
parvulas que demoliūtur vineas et florē-
tem ortū ecclesie calcant. subintrāt enī et
repunt ex occultis. nec illas deprehēdes
nisi per vestigia. **E**t que sunt hec vestigia?
Conculcatio certe florū quozūlibet pul-
cerrimozū. et euulsio salubriū plantatio-
num. et q; rarissimus cultor accedit quin
culperur. **S**ed quo portento ex homi-
nibus fiunt vulpes. et qua voluptate (di-
cam potius malignitate) ista agunt? **R**e-
sponde de nōnullis. eos forsitan timere se
derigi. **A**lios torquet liuor edax. si quod
nō agūt fiat ab alijs. **A**lios fidei religiōis
q; contemptus exagitat. apud quos pie-
tas omnis/ non nisi fatua quedā et anilis
stoliditas iudicat. **R**eliquos nihil horū/
sed sola tepiditas deuotionis euomi du-
gna/ verat et languidos excruciat. **U**e
mundo ab his scandalis. expedit autori-
bus magis mori: quoniam tot animaz pe-
untū a via dei rei sunt/ q; clam vel palā
scandalisant et p dunt. presertim dum nō
sinunt parvulos venire ad christum.

Consideratio III

De laudabili studio eorū qui reducūt p-
uulos ad viam que ducit ad christum.

Qui cōverti fecerit peccatorem
ab errore vie sue/ saluabit ani-
mā eius a morte. et operit mul-
titudinem peccatorū. **E**t hoc
verbo trahere potuit **G**regorius. **N**ullū
esse deo acceptius sacrificiū q; zelū aiarū.
Quā si tanta sollicitudinis inq; etudine. si
tot vigilijs et curis immortalib; p media

vite picula querūt hoīnes saluare res va-
nas iamā perituras: si colligere satagūt
viles terrenaz opū sarcinulas/ q̄s Apo-
stolus arbitratur vt stercoza. Et dum hec
agunt/laudantur vt industrii vt diligen-
tes vt officiosi z viles reipublice. Vide-
te oro quāta est vel inertia vel infidelitas
de animaz immortalū salute nō curare
xpianos/immo qualis est illa impudēris
suma puerfitas/eos inculpate/vijsq̄ nūc
aptis nunc occultis prepedire/ qui puu-
los ducere satagūt ad christum ne corru-
ant in baratrū. **S**ed oportune z ipor-
tune/diebus festiuis z profestis/extrahit
aliquis bouē a finium a fouea z luto/z nō
prohibetur. Quā ratione coarguit aliq̄s
tanq̄s importunus et stolidus/si iugi stu-
dio omniq̄s tempore trahere conet animas
ad christum. animas infiras in limo pro-
fundi. vicijs obrutas. catenatas peccatis
vincatas in mendicitate z ferro. **Q**uod
cunq̄s potest facere manus tua instanter
opare iubet Salomon. Et rursus mane
semina semen tuū z vespere ne cesset ma-
nus tua. quia nescis quod magis oriatur/
hoc aut illud. nisi vtrūq̄ simul meli⁹ erit.
Contemnūt amatores reprobi/verba q̄/
libet hominū/ dum male cupitis fruātur
amoribus. z zelator christi/ad leuē flatus
voci cuiuslibet/velut ad morte trepida/
bit arundinis ymbzā. **S**pūales do-
mus dei. templa z sacraria spiritus sancti
viuentia / ciuitates sanctorū. regna cele-
stia in terris/passim succendūt/rapacib⁹
z infernalibus flāmis omniū viciozū/ et
opitulari nostra lentescet inertia. **P**or-
ro quantis extollerētur fame preconijs. z
medicus gratis ingērens operas suas sa-
nandis egrotis. z aduocatus sine questu
patrocinās. z artifex omnis sue artis vtili-
tatem nil retribuētibus impiens. Quā-
lis igif erit inter xpianos nō iusticia s̄z in-
fania. si medicus spōtaneus animaz. ad-
uocatus et artifex salutis earuz/ inculpat
et cibilat prohibet. **P**aruuli nomina-
tim tot/quotidie pessimis alloquijs vr̄gē-
tur ad malū/ z nullus vltro cōtradicit nec
virtutū partes agit pro incitamentis ad
bonū. **D**eniq̄s puuli dira fame spirit⁹
excruciat/ petunt panē/ et nemo erit qui
frangat eis. quin etiā obstabit frangētib⁹
Non ita docuit christus non hec egit.
Nam in p̄gregandis animab⁹/compauit

se galline. qua nullū aliud animal erga fe-
tus suos (vt augustinus ait) magis infir-
mas pietate. demittūtur ale. plumeq̄s hir-
te fiunt. raucescit vox querula. obliuiscit
ipsa cibi. z incredibili supra vires animo
sitate pullos tuet. Et nos qui xp̄i sectato-
res dici volumus/in hoc ope torpescem⁹
obseruabim⁹ tempa. mētib⁹ totis quiesce-
mus: absit. **I**ntieniūtū autē modi plu-
res reponēdi puulos in via dūcente ad
christum. **U**nus est p̄dicatio publicā. **A**li-
us ammonitio secreta. **A**li⁹ magistralis
disciplinatio. **R**eliquus z hic xp̄iane reli-
gioni proprius est confessio. **S**entiat
alius qd voluerit/ ego ī simplicitate mea
iudico cōfessionē. si modo recte facta fue-
rit/esse directricē efficacissimā ad christū.
Aperiūtū enī per eam morbi peccato-
rum intimi. si docte prudenter et morose
p̄scrutatus omnia fuerit confessor obitetri-
candi scienciā habens ad educēdū ex ani-
ma colubrū tortuosum z ad eiciendū vi-
rus pestilens a corde. quo manēre nulli⁹
ynq̄s puuli spiritus crescit in christo. sed
iugiter morbidus z languidus immo pe-
nitus emortuus z sepultus iacebit in ster-
quilinio peccatorū. **A**c proinde nullum
opus vite/nullum motū dūcentē ad chri-
stum. p̄duceret ex se. z sanies pro sanguie
concretesceret. dū spina peccati confixa ma-
neret in vulnere q̄netiā misera consciētia
stimulis mortis itrozus exagitata ober-
rans rapetur aliozsum p̄ vias difficiles z
adinuentōnes desideriozū mortiferas
Addo q̄ alibi nulla potest fieri monitio
accōmodatior q̄s in confessioe. nulla con-
ferri medicina aptior egritudinib⁹ vicio-
rum. **E**rybi queso potest adhiberi p̄serua-
tio cautior pro futuris. **A**c v̄ro fatebī-
tur aliquis ita se habere. sic tamē fatebī-
q̄ nō nisi semel in anno/vel ad multū q̄/
ter/opus istud circa eundē puulū exerce-
ri cōgruat. **A**d quod nouissime r̄nsuz est.
dum de diligentia mūdanozū/ sermo ha-
beatur. q̄s nō obsistimus isti sententie
velut quotidie suadeam⁹ eundē confiteri
Utinā vel semel in anno puuli comple-
rent vnicā debita integritate confessionē
Sed quoniā multi sunt/ z tempus illud
p̄scebreuissimū est/ vt non vacet curatis
z specialiter penitentiarijs/inquirere suffi-
cienter ad fundū de om̄ibus. expedit vt q̄
libet puulozū (immo necesse est) semel re-

De parvulis

centeat cum prudenti cōfessore/ totū vite
sue decursum. nō in transitu. neq; strāgu
lato ore. sed diutine z pfecte. **R**esultat
exhinc triplex profectus. **I**n puericia siq;
dem multi seducti pl⁹ q̄s diabolica rabie/
multa faciūt vel patiūtur enormia nefan
daq; qualia vel loq̄ nesciūt vel nō audēt/
nisi p̄moniti z interrogati. de quib; tunc
edocentur. ita tamē ne mala nescita male
doceant. nisi forsitan cū detestatiōe vehe
mentissima si ita res inciderit z funditus
expurgant. **S**ecūdo sciūt pro futuro q̄ z
qualiter cōfiteri tenent. instruūt q̄z nil
in confessiōe mentiri vel celare deinceps.
Tertio quietant suam⁹ in consciētia. duz
ad p̄terita delicta postmodū in grādeuo
ri etate verecūdius cōfiteri vident se nō
astrictos z q̄ de p̄tate z discretione p̄fesso
ris/ nulla postmodū scrupulositas exori
tur. nec ad supiorē remittūtur. **N**emo par
uos hos fructus esse iudicabit/ q̄ cogno
uerit quāta est vis tyrānica pudoris in q̄
busdā. z plus in feminis. q̄n̄ preserti hor
rida ipsoq; etiā cogitatu abominabilia
facta/ miseram animā cōstuprauerūt vsq;
ad verticē simul cū corpe. **Q**uisquis hec
scire potuerit fatebit opinoz fere nō min⁹
esse si tales apiant os ad confessiōē inte
grā/ q̄s si naturaliter muto reparet vox ad
loquendū. **D**icet aliquis mihi vel alte
ri opas suas circa puulozū monitiones z
confessiōes impendēti. **S**tulto labore cō
sumeris. **C**ur ita? **Q**uia nimirum. vel fin
gunt. vel mentiūtur vel mox recidiuāt ad
vomitū. **S**ed respondem⁹ primo ad vl
timū. quia grādeuis etiā vt presbiteris/ q̄
tidianus est reditus ad peccatū. **N**ec pro
pter hoc desinūt cōfiteri. **A**unq̄d sentinā
navis exhauriēs idcirco deserit opus. qz
redit tantundem aque quantū expulerit?
Pugnamus cōtra vicia ait **S**ene. nō vt
vincam⁹ sed ne vincant. **S**i quotidie ma
nus sordidant. non minus abluim⁹ illas
quia z si redeāt sordes nō ea tenacitate co
herescunt. **P**orro mentiri nonnūq; aut ce
lare se paruulos nō ignoro. in ipso preser
tim aggressu confessiōis **U**tinā nec adul
tis hoc adesset viciū. sed pedetenti extorq;
tur veritas. cū bonis monitionib; cū in
terrogatōnib; artificiosis sedulisq;. **E**t si
non tūc vel subito. fiet hoc in posterū. dū
inualuerit timor dei. z eoz carnes cōfixe
rit. **Q** si quosdā despererit deus ita vt eos

corrigere possit nemo prout sapiens loq;
tur/ nihilominus plures emēdant et si vl
sic sola anima in mense vel anno saluat/
non pdita est occupatio. caritas opiet ml
titudinem peccatorū. **Q**uisquis igit
memor est delictorū iuuentutis suer alio
rum plurimoz sicuti mihi conscius sum
effereat ad opus hoc qd̄ regit peccata. et
regendo remittit. cōuertat impiū ab erro
re vite suer liberat animā ei⁹ a morte. **V**os
precipue rectores z p̄ceptores puuloz di
sciplinā erga eos sedulā cōseruate. **H**oc ei
bona fide z pia fraternaq; deuotiōe/ nō q̄
si iubens aut de vobis aliter senties com
moneo. **I**psos quoq; nō dico nō prohibe
te venire ad christū sed ducite. **E**t qm̄
nullū animal facilius/ q̄s puuli a puulis
mutua cōtagione ledit. vestrū sit studiū/
circūspectiōe vigili p̄spicere q̄s ex nūero
discipulozū vestrozū/ prauē fedeq; sit infe
ct⁹. **U**nica praua pec⁹/ inficit oē pec⁹. **E**t
vni⁹ adolescētis sordidi mores/ plures ex
cōsortio sanos inq̄nant. **A**ū puerſo puer
teris denūciat propheta. **E**t de q̄busdam
ait. **C**ōmicti sunt inter gētes z didicerūt
opera eozū zc. **Q** si furta etiā modica opū
tempaliū dum sentiretis fieri/ cauta inq̄
sitione z solitudine prohiberetis/ vel cor
ripiēdo vel eiciendo culpabiles. **A**triēdi
te q̄ furtū aliud nullū damnosius. nullū
q̄ execrabili⁹ sacrilegiū/ q̄s tollere p̄ciosas
puulozū aias/ q̄s templū dñi scām (q̄d ipsi
sunt) puerſis seductionib; violare sedare
demoliri subuerrere. **Q**uamobz vicioſos
etiā nō om̄es eicere potestis. **S**emp enī
bonis mali cōmixti sunt. **I**llos saltē no
tate. qui nefanda p̄nicie/ palam nocēt ce
teris. **S**ed dicet. **T**ales nulli sunt nul
los inuenim⁹. **U**tinā nulli. vtinā vel solū
pauci. **A**t vereor ne aliter cōpertū habea
tis. si diligentie vestre oculos ad hāc rem
studueritis apire. **E**t certe fieri poterit. vt
vnius publica correctio/ plurimos deinceps
a peccandi libertate cōpescat. z talitē
peccandi. qualr nec apte nominare pudor
finit. **D**iscedent fortassis ab illius regimi
ne qui hoc egerit nonnulli/ dicentes quo
niā durus est hic homo. **S**ed sperandūz
est tum in diuina puidētia. tum in bona
fama eius inde secutura. q̄ alij meliores z
numero plures subintrabūt. **N**ihil enim
virtute amabilius. nihil qd̄ magis allici
at ad sui p̄sortiū. **D**eniq; monitos oēs

volum'cautos esse/ne qbuslibet impro/
perare valeat puuloꝝ aliq's/verbū pphete
In via hac qua ambulabā/ abscederunt
supbi laqueū mibi. Et rursus. Juxta iter
scandalū posuerūt mibi. Quo pacto sic?
impediēdo scz eozū aliqñe/vel adiutores
suos/ne verbū compleat dñi quo ait Si
nite puulos venire ad me. rē.

Consideratio III

De apologetica pro baculo mee defensionis
et simul exhortabit puulos p me indi-
gnū venire ad christum.

Soccupat' fuerit homo in ali-
quo delicto. Vos q' spirituales
estis/bmōi instruite: in spū le-
nitatis/cōsiderans teipsum ne r tu tente-
ris. **E**xptissimus moꝝ fuit q' dicit Ars
artiū est regimē aiāꝝ. Quāq's ita nihil si-
ne arte nostri t'pis hoies r sacerdotes at-
tentare psumūt. r ceci cecos ducūt. Jō si
ruina multiplex imineat/q's ammirabit?
Adeo iā indignū videt apō mltos/si q's
ex theologis/aut famat' in l'ris/vel ecclia-
stica dignitate p'ditus/ad hoc se op' incli-
nauerit. pferim circa puulos. **V**ō mibi
(q' in talib' eē putoꝝ momēti alicui?) in-
fabulā r i'operiū cesserit. Et sane mibi
vident' discipuli domini adhuc tunc cele-
stiu' paz' capaces/hac insipientia laboraf-
se/phibētes puulos offerri xpo reputan-
tes videlicz indignū eē si tant' magister r
doctor eoz' xps/huic hūilitati subiaceret
Cōvincit autē ipsos sic sentiētes/ tā exē-
plum xpi q's verbū premissum Apli. In q'
vult alioꝝ instructores eē spūales r spū-
lenitatis p'ditos r cōsiderantes seipos ne
tēptentur. Tales vero q's rari sint cogitare
stupor est. Da mibi aliqñe r dicam q' spi-
ritualis est/ q' spūalr oīa dñi iudicet/ q' didi-
cerit ex eis q' passus est cōpari. q' q'rat non
q' sua sunt sed q' iesu xpi. quē totū replenit
charitas. hūilitas r pietas/ vt nullū in eo
locū vanitas r cupiditas inueniat. cuius
cōuersatio in celis sit. q' tanq's vn' ex ange-
lis dei/ nec bñdictōe nec maledictōne mo-
ueat exēplo eoz'. neq's ex ministerio/occu-
patōnis sue inferioris/supna deserat. nec
sordes cōtrahat pestiferas. Alioqñ qd si-
bi pderit si vniuersum mūdū lucret' r ani-
me sue detrimentū patiat nō audiēs iubē-
tem. **D**iserere aīe tue placēs deo. Tal' de-
niq' q' nullis stimulet aut alliciat for' mis-

corpoꝝ. sed abstractus in sublimi arce ra-
tiōis/in sola animāꝝ pspicaci qlitate ver-
setur. Quādiu enī ista tibi deerūt/ r repē-
tevel suspitōib' inq'etaberis vel nimis ter-
reberis/vel gloria turgescēs. aut contract'
eris infamia. carnalis es. nō spūalis. nec/
dum satis idone' q' alios instruas in spū-
lenitatis. **Q**uo fit. vt ad hoc res redeat. vt
inculpari poti' de temeritate q's de nimia
humiliatōne debuerim/ dum officio spi-
ritualiū virozū memet immisceo. volens
puulos instruere p'occupatos in peccatis
tanq's si testudo terrestris/ se pennat' au-
bus cōsociet. **S**ed qd agā? Sentiunt
aliter quidā ex hominib' etiā beniuolis:
Cōmīnant' vel mibi vel paruulis/ ne acce-
dant ad me. r hoc alia multiplici ratōne.
signāter quadruplici id arbitrat' recte fa-
cere. **A**llegant q'ppe disparitatē moꝝ mi-
hi cū puulis. **A**llegant officij dignitatem
occupandā ad maiora. **H**inc causant'
loci r tempis importunitatē. **P**ostremo
metuūt rei insuetudinē ab emulis calum-
niabile. **A**t vero tractem' pauca de sin-
gulis. **D**icūt et vez est/ magnā esse dispa-
ritatē moꝝū debitoꝝ mibi/ ad moꝝes puu-
loꝝ. **N**ihilominus si prodesse volero/ vt
meos moꝝes suis cōtemperēt ad subleuā-
dum iacentes/altiorē me deprimā neces-
se est. **N**on bene cōueniūt nec eadem sede
morant' maiestas r amor. **A**ttamē sicubi
deest amor/ qd pderit instructio. dū nec li-
bent' audiēt. nec dictis credent. nec impa-
tis obediēt. **Q**uare maiestare oportz om-
nē exuere. r pro puulis puulū se facere. se-
clusis tamē vicijs. r proiecta longe omīs
impudicitie nota. **A**dde q' naturā esse cō-
tumacē/ testatur **S**ene. magis ducitur q's
trahit'. **H**abet preterea hoc propriū gene-
rosa indoles (quod r irratōnabiles et be-
stie r aues docēt) vt blādicijs q's terrorib'
magis capiat deflectaturq's. **D**eniq's puu-
li verecundissimi/ quo pacto detegerent
peccata sua turpia/ apud eū quē vel odi-
rent vel timerent. **A**pod eū rursus qui nō
prius eis p'suasissz se eis fidū esse. beniuo-
lum secretū r amicū. hoc autē p'suaderi ne-
quibit. si nō modeste arriserit ridentibus
cōgratulef ludētib'. collaudet studia eoz'
bona. si nō viter acerbicatem r cōiicia in-
increpatōe sua cū omī leuitate r mansue-
tudine. ita vt non odisse eos sed fraternā
liter dilexisse sentiat. **P**ropterea tollens

De Paruulis

condescensionē affabilē et comicā a viro cum puulis/ vt efficacīā sue confessionis et cōmonitōnis euacuet/ consequēs est **P**ersuasum sane habeo: sic egisse oli apostolū. Alioquin quō factus fuisset omnia ad omēs vt christū lucrifaceret. si paruulos excipias/ ad quos nō factus sit puul⁹. **Q**ua auctoritate preterea mādasset patribus de filijs humane tractandis/ neq; puuocandis ad iracūdiāz ne puillo animo fierent/ si puulorū velut indigna horruisset consortia. **S**ed quid argumētis nitimur euz hoc ipsum ab apostolo expressum sit. **F**acti sumus in q̄t puuli in medio vestrū: tanq̄ si nutriti foueat filios suos. **P**onderemus itēz obsecro q̄ ratiōe iubet apls instruere p̄occupatos in delicto aliquo/ in spiritu lenitatis. **E**rydeam⁹ si hoc nō prius egerit et docuerit legislator noster xps. **L**um enī proclamans inuitasset. **V**enite ad me omēs qui laboratis et onerati estis. subiungit p̄o re ad hec necessaria. **D**iscite a me quia mitis sum et humilis corde. **P**lura in vetustis patrum historijs ad hāc rem traduci possent testimonia. **I**n quib; nihil ita efficac ad correptionem emendationēq; multorū/ repertū est/ quē admodū est lenitas. **N**ihil enī hominū melius est facilitate et clementia ait **L**omicus. **N**onne iohānes ille diuinorū conscius et conscriptor secretorū latronis et homicide p̄ditissimi manū oscular⁹ est: vt eū lucraret. **Q**uis egregiū doctorē Augustinū tanq̄ sidus aliq̄ beniuolū adq̄ suū ecclesie: ambrosius. **Q**ua virtute: vt iq; beniuolentia et mititate. **E**pi inq̄t Augustinus de eodē. **E**pi amare hoīem. nō vt doctorē veritatis. sed vt hominē beniuolum in me. **O** prudētissimū et verū dei sequacē/ ambrosiū. **N**on dixit August. tūc pestiferis opinionibus inflato. **R**ecede a me pctōr es. heretic⁹ es. blasphemus es. **Q**uanto minus hec et filia de puulis fidelibus ad eū cōcurrentib; ira seruescēs vomuisset. **P**orro si recogitem⁹ q̄ nihil erat in opibus christi vacuū/ et sententiā rū maiestate carens/ iudicabim⁹ ipm non mediocrē rē intendisse/ dū vocabat puulos ad se/ cohibēs discipulos charissimos phibētes eos. **D**ebinc eos accedētes amplexabat. imponēs eis manus/ et bñdicebat eos. **E**t **O** p̄ssime Jesu. q̄s vltra p̄te verecundabit esse humilis ad puulos:

Eliciuntur ex predictis circumstantiis/positiones que sequuntur. Et consequenter regule sequuntur per modum conclusionum rectificantes emptionem. et distinguentes a mutuo. pro decisione materie.

R Sequuntur propositiones

Prima propositio est **P**redictus contractus/ non est mutuum/ nec per modum mutui. Patet ex quarta circumstantia principaliter. iunctis alijs.

Secunda propositio.

Predictus contractus/ non habet speciem mutui vel favoris usurarii. Patet ex omnibus circumstantiis. presertim. iij. et. vi.

Tertia propositio.

Predictus contractus non est usurarius patet ex precedentibus. et ex usure descriptione que secundum doctores non nisi in mutuo invenitur. Unde si fiat alij contractus illicitis modis etiam peioribus quam sit usura. non tamen usurarii dicendi sunt.

Quarta propositio.

Predictus contractus non est illegitimus lege divina vel naturali. Et ita si debeat illegitimus dici/ oportet legem ostendere positivam/ irritantem homini contractum. que nondum palam offensa est. Quod si quis dixerit contractum esse prohibitum lege divina vel naturali/ ostendat illud sibi enim incumbit probatio. sed attendat ubi reperiat. Deinde sequuntur propositiones in casibus alijs particularibus. unde sumi possunt rationes vel similitudines/ ad iustificandum nostrum casum. Et fit hec propositio quinta in ordine.

Quinta propositio

Si quis bona intentione velit vendere/ vel emere rem aliquam primo simplicitate de

inde dare gratiam quod res vendita vel empta possit retrahi/ ad tempus vel ad semper. hoc poterit fieri non licite sed merito. Patet ex terminis. Quod si quis dixerit/ magnam tempus lapsam requiri ut hec fiant. primo advertat quanta sit celeritas voluntatis humane. presertim in hominibus spiritualibus et abstractis ita ut coniuncta realiter/ possit intentionali dividere et preciosum a vili separare. sicut in odio et amore peccatum/ peccatum separatur a peccato. peccans amatur. oditur peccatum. quanto magis fieri poterit in his quorum quodlibet per se licitum esse potest. sicut in proposito et maxime quo ad forum conscientie et ad deum.

Sexta propositio.

Si quis presterit pecuniam alicui per mutuum usque ad certum terminum cum adiectione pene quod nisi solvat in illo termino/ obligabit solvere pecuniam ultra sortem. hoc in casu poterit bona intentione et caritative fieri et paco recipi. Patet in casibus pluribus tali pacto solvendis. Est autem bona intentio si mutuum mallet habere pecuniam suam in termino quam alter incurrat penam in differendo. quia forte tunc indiget pecunia sua et remanere vult indenis

Septima propositio.

Si quis necessitate compellatur recipere ad usuram aliquam pecuniam. ne forte damnificetur in quadruplo vel in rebus siue in vitalis potest sine peccato recipere ad usuram. Doctores in hoc conveniunt. salvantes quod mutuum recipientes non communicabit cum usurario in peccato suo. Et ita erit hic contractus usurarius. et usure peccatum in vno tantum contrahente. Notetur declaratio per simile/ ad divinam providentiam. que bene vult malis alienis. Si autem ex hac radice et prioribus possit iustificari casus noster ex prementium. quicquid fuerit de vendentibus poterit intelligens indicare.

Propositio .VIII

Si quis vendat bladum vel vinum vel aliquid huiusmodi ad creditum pro maiori precio quam esset venditurus in prompta pecunia/ et hoc faciat ex sincera et pia intentione succurrendi proximo/ non vendendum. quin mallet minorem promptam pe-

cuniam. nō videtur contractus illicite esse vel usurarius in foro conscientie. Pater ex lege caritatis et iure dominij. Nisi forte diceret/ q supior: lec/ inuoluit omnes contractus tales/ propter specie mali vel se quelā. sicut non est in potestate cuiuslibet transire pecuniam suam in alterū p forrem capillorū propter bmoī inuoluitatē et ita diceret de multis contractib⁹ Quia (sicut dictum est) decisio finalis. vnde ali quid dicit meū vel tuū/ dependet ex legibus/ nedum diuinis sed posituiis. Propterea cōsiliū habendū est nedum a theologis sed a canonistis qui si discordare videntur/ lex euangelica seu theologica tan/ q̄ architectoria/ iudex erit vlt episcopus seu gnomica vel interpretatiua. ¶ Rursus addantur propositōes duodecim. faciētes ad elucidationē tam casus propositi. q̄ aliorum in materia contractū. Si pri⁹ hāc regulam ex pdictis elicerimus. ¶ Contractus qui de suo genere et ex circumstantiis debz esse gratuitus sicut est mutuum nō inficitur si recipiatur aliquid velut vltra fortem/ altero quatuor modorū. videlicet si fiat. aut pro saluatione sui interesse aut pro negligentie punitōne/ aut gratia beniuolentie/ aut pro sola proprietate redemptionis redemptione.

Propositio .IX

Censualis contractus/ de se et de suo genere licitus est in multis casibus. Pater in fundatiōib⁹ ecclesiarū. Pater in cōcessione quā quis facit de re sua. Pater cum aliqua ecclesia eximit a iurisdictione episcopi. Pater ex vsu quotidiano. Pater deniq̄ per confessionē aduersarioz. qui leges suas et iura ad hoc multipliciter introducunt. Sed omittit allegatio. quia nescitibus leges et canones/ vana esset. scientibus at supbia vel arrogans videret. maxime cum non sit presens intentio aliena dicta cape contentiosa argumētatione. nec posituius iuribus principaliter inniti/ sed diuinis.

Decima propositio.

Censualis contractus si fiat ad vitam nō ex eo redditur de se et ex suo genere viciousus. Presupponit autem q̄ et intentio sit recta. sicut esse potest/ cōformiter ad legem diuinā. et p̄cium cōueniens. iuxta pa-

trie mores et leges. Attento q̄ ibi est probabilis incertitudo lucri vel damni. quā iuriste multum notant. Concurrunt etiā conditiōnes venditiōnis et emptiōis. quoniam pecunia est precii quod vendēs recipit. Jus autem recipiendi annuati certum redditum in pecunia vel alia re. pecunia mensurabili/ est ibi merx. Secus forte esset si censualis redditus annualis futurorum annorū/ simul et statim solueretur. vbi fraus esse potest. Concurrat hec eadem ratio pro iustificatione reddituuz perpetuorum. quia non simul eueniunt. Res autem minus valet dum expectatur in longum/ q̄ dum presens obtinet. Dicunt igitur concedētes hanc partem/ mirum videri si possunt licite emi redditus in perpetuum et nequaquā ad tempus vel ad vitam. cum ibi possit esse verus venditiōnis et emptiōnis contractus iuxta cōsiderationes prime partis.

Propositio .XI.

Censualis contractus/ propter spem lucri maiorem vel probabiliorem in vno cōtrahentium q̄ in altero/ non ideo redditur viciousus. Fertur hoc esse legis/ autoritas/ allegata etiam p̄ canonistas/ q̄ res tantum valet quantum vendi potest. et q̄ licet in contractu se decipere. sed theologo quibus ad certam regulam loqui fas est/ nomen deceptionis pro licito non libenter assumerent. conueniunt tamen in hoc q̄ non omnis excessus lucri vel damni/ reddit lucrantem et lucrari sperantem reum peccati prefertim mortalis. alioquin non salua esset omnis caro. Attento q̄ equitas iusticie cōmutatiue de re ad rem sicur de pecunia ad pecuniam in cambio/ vel de precio ad preciam/ non est punctualis vel indiuisibilis. sed multam habet latitudinem. infra quam potest magis vlt minus dari de precio/ sine iusticie lesione immo et sepe sine restitutionis obligatione. Quāuis de restitutione varius ap̄ doctores sit sermo. dicentibus aliquib⁹/ q̄ nisi sit defraudatio vltra medium iusti precij. defraudans non tenetur ad restitutionem. Et in hoc satis concordant omnes dicentes verum esse in foro exteri ori propter irritationem legislatoris. sed de foro conscientie/ nulli dubium quin defraudans tenetur confiteri. ¶ 4

De contractibus

autem obligetur restituere nō est ita claz nec concordatū apd omnes p̄sertim theologos. Non enī videt̄ necessariū q̄ vbi cōcurrunt mutue voluntates vendentis et ementis vt res suas cōmutent in alterutrum. q̄ furtum cōmittatur vel rapina iuxta illud. Scienti et cōsentienti nō fit iniuria neq̄ dolus. P̄cipue dum sciens et volens est sui iuris in sua re. quod dicit̄ propter pupillos et similes. Et dum consensus non est lege irritatus. sicut in deceptione vltra mediū iusti precij. Si pretere rea consensus sit absolutus. nō solum cōditionalis. aut fm̄ quid. sicut Aristotiles loquitur de projiciente merces in mare. et de consensu metu mortis extorto. aut per errorem fraudulentum inducto. quoniā ignorantia causat inuoluntariū vel in toto vel in parte.

Propositio XII.

Censualis cōtractus/nō videtur ex eo reddi de suo genere viciosus. quia reddit de nouo. vel propter hoc q̄ constituitur in rebus vel personis alijs a persona contrahente. puta quia dicit̄ emptor. tu constitues tales redditus in tali possessione vel seruo. Grante enī simili intentione. nīhil videtur referre an census sit iam cōstitutus vel de nouo licite cōstituitur. Ut si nouiter/redditus aliquis perpetuo emis. non refert si statim cōstituatur census annuus decem floren. plusq̄ si modo statutus/post decem annos alteri cōtrahenti venderetur. Exemplū aliud. si cōmunitas aliqua/autoritate sui principis/mota rationabilibus causis/cōstituit certā impositionē super rebus vendēdis infra terminos suos. quid refert si statim eodem contextu constituent centū floren. annualis redditus super huiusmodi impositionibz vel si faciunt hoc lapsa decennio. Et q̄ niam in hac materia et similibz fm̄ dictū August. Tene certum et dimitte incertū. consciētias multoz/ p̄sertim simpliciu et timozatorum/scrupulis varijs inq̄etat molestat et in perplexitate quandā trahit additur sequens propositio.

Propositio XIII.

Argumentū sumptū ex cōsilio vel dubio vnius doctoris/q̄ in illo dubio contrahere sit peccatū mortale/nō est efficax.

sed temerarium et negandum. **O**portet enim incertitudinem esse non tantūmodo scrupulosam leuē et formidolosam. sed valde probabilem. priusq̄ agere ea stante/peccatū mortale iudicetur. Sic enim dictū sapientis intelligitur. Qui amat periculum peribit in illo. Itaq̄ nō quod liber dubium facti/sufficit ad causanduz peccatū mortale si quid agat illo dubio stante. ergo nec quod liber dubium iuris. Assumptū patet in casu cuiusdam decretalis. Si mulier vxorata incipiat per nouam informationem dubitare an attineat viro in gradu phibito. quo dubio stante/querat vir debitū. quid ager vxor. Si neget. est in casu trāsgressionis iniuste si non attineat viro suo. si cedat/est in peccato mortali luxurie. Ponatur alius casus qui est creberrim⁹ q̄ dubium sit apud doctores aliquos ex vna parte q̄ hoc debeat agi. dicentibus alijs in pari numero q̄ oppositum fieri debet. sicut i facto scismatis contendentiū de papatu/ sepe fuit. Rursus in materia fidei cū doctores dissentiūt/licitum est ante determinationem ecclesie sepe tenere vnam partem vel alteram. Rursus induci potest materia insolubiliū. vt si ticius iuret se accepturum bertam in vxorem. si primū verbuz quod dixerit/ fuerit verum. et nullo modo accipiet si fuerit falsum. Tunc dicat hanc solam propositionem. tu non accipies me in vxorem. Queris quid ager ticius. si accipiat. piurus est. quia berta dixit verū. Sed hec et similia dimittimus exercitio logicorum. dicentes q̄ probabilis certitudo sufficit in moralibus. vt non exponat se quis periculo. vt dicunt doctores de celebrante missam. et similibz. vbi requiritur status gratie. q̄ sufficit ad hoc. probabilis coniectura. Quia certitudo alia sine reuelatione non habet. prout in moralibus dicit̄ Aristotiles sumendam esse certitudinem/grosse et figuratiter. que certitudo non remouet in vna parte omnē probabilitatem/vel opinionem alterius partis. licet magis declinet ad istam/vel ad aliam. quod sufficit. Immo scrupulosus et formidulosus conscientijs sepe consilium est in oppositum agere/ p̄sertim ex imperio et consilio doctorum.

Propterea consilium est/q̄ in materia morali/ non ita leuiter asseratur aliquid

esse mortale peccatū. dum aliquis doctor dat consiliū super aliquo actu q̄ non fiat maxime dum plures alij posse fieri bñ dicunt. aut q̄ cadit sub dubio prout in casu nostro notatum est. Ubi patet qualem laborintum conscientiarū timoratarū in currimus si quilibet opinio vel consiliū doctorum/sufficit ad incertitudinē faciēdam/cum frequenter opiniones nedum varie sed aduerse sint inter doctores. nūc propter passionē anctorū. nūc propter varios aspectus circumstantiarū. modo illarum solum. modo aliarum. modo omnium. vnde ortū est illō comicū. Quot capita tot sententię. Deniq̄ consiliū est q̄ nō ostendatur tales scripturę varie/cōscientijs simpliciū. quoniā inde nihil proficiunt/nisi ad maiorē inquietudinē conscientie. Sufficiat eis consiliū suozū superiorum. nec in talibus legendis aut discutiendis occupent se. Postremo in/tra predicta sumēdus est intellectus Augustini dum ait Tene certum. dimitte incertum. Superiores vero studeant providere pacifice securitati subditorum. ne dum per consiliū iurisperitorū scriptis aut verbis: sed efficacius p̄ autoritatem summi pontificis. vt vel tollat vel moderet vel interpretetur dubias tot perplexitates/expositiuis constitutiōibus ortas aut saltem det facultatē absoluedi transgressores/superioribus monasteriorū z eccliarum. vt quando dederit domin⁹ spiritum cōpunctōis/inueniāt promptū remediū. et non in desperatōis precipitiū ruant/pro diff. cultate papam vel suā curiam adeundi.

Propositio XIII

Argumentū sumptum ex illa regula q̄ vbi est eadē ratio/debet esse eadē iuris decisio/nō concludit in cōstitutionibus positivis. nisi facta sit vtrobiq̄ similis cōstitutio. Pro cuius intellectu est rememorandū/q̄ in agilibus aliqua sunt quorum ratio dependet immediate z clare/ex primis principijs moralibus. Alia sunt sic elongata/q̄ non apparet ratio agilitatis plus in vno q̄ in altero. nisi supueniat autoritas constitutiōis z determinātis istam partē plusq̄ alteram. vbi tūc locum habet illud satyrici. Sic volo sic iubeo. sit pro ratōne voluntas. Quēadmo-

dum respōdent grammatici interrogati. Cur istud vocabulū sic aut sic significat. quia sic placuit ipositori. Et profecto talem in opibus dei/sepe nos oportet dare respōsiōnē. Nunc ad propositū/stat q̄ duo contractus videantur similes et ad similes effectus bonos vel malos inducētes: et tamen vnus erit lege prohibitus z alter concessus vel permissus. Exemplū in cōtractibus. constat q̄ in venditiōib⁹ perpetuozū reddituū/possunt provenire plura damna et depauperatōes per abusus vendentiū vel ementiū/q̄ sepe veniant p̄ mutuū/cum tractōne leui supra sortem: z tamen prim⁹ concessus est legibus alter prohibitus. Et ita de plurimis sine numero iuribus positivis. Quāuis possz assumpta regula concedi in forma. quia iam non erit eadē ratio pro decisione iuris. si vnū sit lege constitutū alterum nō. facit enī disparitatē autoritas

Propositio. XV.

Argumentū fundatū in illa regula. dū aliquid vna via prohibet z altera/nō concludit/nisi dum probet ipm/factū z nō sola via. Exemplū ponatur. tam in materia symonie. q̄ vsure. Martinus sacerdos vult lucrari decem francos. z petrus etiā Martinus recipit illā summā pro sustentatōne vite sue. Petrus recipit tanq̄ precii sue misse. sicut symon voluit emere potestare dandi spiritū sanctū vt inde lucraret. Martinus iuste habet decē francos. Petrus iniuste. Ubi manifestū est. quantum operatur intentio z directio cordis. vt aliquis euitare possit faciliter symoniam cum pari seu maiori lucro tempali/q̄ perdamnatā symoniā. Exemplū in contractibus. Petrus habz centū libras piperis vel alterius mercis. vendit consueto precio p̄ centū frācis. hec est pura vēditio nō vsuraria. iohes emptor volēs h̄re. p̄mptā pecuniā/petita dilatiōe solutiōis a petro. vēdit alēi mercatori statū suū p̄ centū p̄ minori p̄cio statū hūdo vt p̄. lxxx. frācis sic sibi licitū ē. Cōstat q̄ p̄ istos duos cōtract⁹ iohes venit ad silem effectū. sic fecisset p̄ immediatū cōtū vsurariū. q̄ h̄. lxxx francos p̄ optos p̄ centū ad credētiā. Cōcedendū est tū q̄ in istis cōtractib⁹/q̄ q̄libet est emptio z venditio vtrobiq̄ de se licita/ potest interuenire fraus in fauorē

De contractibus

vsurarum. peior q̄ sit vsura de suo genere nō vsura tamen pprie dicta. ¶ Unde concluditur sicut prius quantū sit in contractibus intentio ponderāda. presertim in contractib⁹ non phibitis expresse p̄ leges positūā in se vel in suis circumstātijs. qz tunc intētio bona nō sufficit ad rectificatiōē talis actus cū suis circumstātijs p̄ phibitis. vbi tamen posset rectificatō fieri in aliquo simili cōtractu non prohibito iure positūo. in eadem vel alia patria vel circumstātijs variatis.

Propositio. XVI

Argumentū sumptū ex tolerātia pape vel ecclesie/ vel ex cōsuetudiez prescriptio ne ⁊ abolitiōe locū habet in cōstitutiōib⁹ positūis vt positūe sunt. ⁊ non in pure naturalib⁹ ⁊ diuinis. ¶ Ad habendū vero plenā huius propositiōis intelligentiā/ necessaria est cognitio quid sit de iure pure positūo quid de iure diuino ⁊ naturali. Cuius rei ignorantia vel inaduertētia conturbatōem inuolutā ⁊ p̄niciōsam/ in doctrina iuriū sepe facit. ¶ Sed quantū sufficit ad presens (quia alibi traditū est) constat q̄ p̄ easdem causas. res ipsa dissoluitur p̄ quas opposito modo se habētes exorta est. Constat preterea q̄ leges positūe tunc solū instituūtur cum pmulgan- tur. ⁊ vim obligatōis habent dū morib⁹ vtentiū approbātur. ¶ Dicamus igit̄ q̄ vbi papa vel ecclesia vel legislator/ sciunt q̄ constitutiones sue/ vel nō publicātur. sed dantur obliuioni. vel nō approbant moribus vtentiū. sed passim fit in oppositum. constitutiones ille desinunt habere vim obligatōis tanq̄ abolite p̄ nō vsū vel consuetudinē oppositam. que est nō legum omniū sed posituarū optima interpretēs. Alioquin tolerātia pape/ vel legislatoris/ esset sibimet repugnans ⁊ populis noxia. si vellet q̄ leges sue haberent vim obligatōis. et tamen illas neq̄ publicaret neq̄ erequi mandaret. Fundātur in hac radice abolitiōes constitutionum quasi sine numero positaz in decretis. q̄ etiā tradite sunt in concilijs generalibus vt de ieiunando quinquagesimā. vel diē sabbati. vel q̄ sacerdos celebrans/ habeat duos assistentes. immo plus/ q̄ nullus p̄ sumat eligere cōfessorem/ nisi cū certa auctoritate. cū tamen passim qlibet sacerdos

secularis/ audiat in confessiōe alterum sacerdotem. quia sic est (vt dicūt) consuetudo que si dicatur corruptela/ vix apud sacerdotes erit salutis status. Quid preterea de tot constitutiōib⁹ et regulis positūis/ traditis pridē ⁊ non obseruatis. nūc in religionibus. nūc in ecclesijs cathedra libus et collegiatis. nūc in vniuersitatib⁹ et cōmunitatibus. nūc in ipsis etiam iuribus penalibus dicere. Nisi velint assertores oppositi/ absq̄ vlla miseratōne homines de omni statu precipitare per laq̄os transgressionū/ in damnatōis interitum/ cum suis prelatis atq̄ rectoribus. si cum tanta austeritate faciāt artam viam domini/ et pregrauent intolerabili iugo ceruices subditorum. verum de hoc alibi latius. ¶ Propositio

Decimaseptima

Lex civilis tolerans vsuras aliquas/ non ideo semper dicenda est cōtraria legi diuine vel ecclesie. ¶ Posset hic fieri declaratio quid spectet ad legem civilē. ⁊ quid ad canonicā. et quid ad theologiam. super qua re alibi traditum inuenit. Quantum vero spectat ad presens satis est dicere q̄ legislator/ attendit consistentiā reipublice ad cōsecutiōem pacifici cōuictus inter ciues. vt q̄ nō fiant furta. rapine. homicidia. ⁊ cetera humanū conuictū turbātia. ¶ qz frequēt effrenata neq̄tia nō p̄t ex toto cōpesci/ agit more prudētis medici tolerat minora mala/ vt peiora vitent. Datū est iā exēplū de meretricib⁹ et in antiq̄ lege de libello repudiij. et de vsuris dādīs alieno. sicut est text⁹ Deute. xxiij. iā allegat⁹. ⁊ xxviij. Fenerabis gētib⁹ multis ⁊ ipse a nullo fen⁹ accipies. Apparuit at̄ min⁹ malū/ q̄ vsure leues fierent. p̄ succursu indigentū. q̄ vt inducerent per indigētiā furari rapere aut passim distrahere sua bona mobilia vel immobilia/ viliissimo precio/ cum damno longe maiori q̄ esset moderata receptio sub vsuris. ¶ Nec inde iudei viuere in ocio per oppressionem incredibilem christianorum quib⁹ fenerant. Constat autē q̄ bec tolerātia/ consona est dictamini naturalis ratio nis. immo ⁊ diuine legis. p̄supposito peccato. Constat preterea q̄ papa sicut nō est immediat⁹ dñs bonoz tpaliū p̄sertim laicorum/ sic nō debet passim irritare leges

vtiles pro dispensatōe talium bonorum
constitutas. vtiles in quā ciuilitate licet fi
ant cū peccato qd̄ impedit quo ad finem
beatitudinis consequēde. Sufficit q̄ pa
pa vel ecclia/significent vel pd̄dicent tales
vel tales tract̄ illicitos esse/de iure euā
gelico et in foro consciētie. Si autē vltra
voluerit papa procedere/per irritatiōem
etiā ciuilem omniū hmōi cōtractū/p̄ pe
nam excoicationis et aliter. sicut videt̄ fe
cisse in quadā constitutiōe et cōcilio gene
rali/nō est nostrū os ponere in celū. Sup
ponimus bonis ratioibz et circumstantijs
motum esse/et nolle moderationibus vti
libus obuiare.

Propositio XVIII

Lex antiqua/ phibens iudeis vsuras
primis suis. sed de alienis cōcedens/ iue
nitur apud doctores habere multiplicem
intellectū. **D**icentes enī sic vsuram esse
illicitā q̄ nullo modo potest bene fieri. si
cut nec mendaciū/ ponūt consequēter iu
deos peccasse dando alienis ad vsurā. et
q̄ deus sufficienter edocuit eos sup hoc p̄
viros eleuatos et p̄pheticos. cōmendātes
eos qui pecuniā suam non dant ad vsurā
sicut in psalmo. et in Ezechiel. xxvii. Nō
plus loquendo de primo q̄ de alijs. quia
etiā omnis homo censend̄ est noster proxi
mus. Exponunt vltterius q̄ dū permittit̄
iudeis Deuterōn. xxvii. pro benedictiōe
q̄ fenerabūtur extraneis/ sen̄ hic accipit̄
pro sup̄abundantia nō pro vsura. Vel dī
cunt q̄ recipiēdo vltra sortem/ nō recipie
bant nisi rem que aliūde erat sua. propter
tyrannidē occupantiū terrā suā. sicut mu
tuati sunt vasa ab egyptijs. Pro quo di
cūt facere verbū Ambrosij. q̄ licet eos op
primere vsuris/ quos licet interficere.
Sed sup hoc quia iā aliqua notata sunt
pre prima. et nimia subtilitas nō est semp
expediens in moralibz discutiēdis/ p̄pter
abuti volentes. Nec tetigisse suffecerit. et
dicere pro regula. Ex omnis cōtractus q̄ ex
suo genere vel ex circumstantijs debet esse
gratuitus/ si interueniat pactū de recipiē
do vltra sortem/ efficit vsurarius. sicut est
in mutuo et cōmodatōne. Et proprie so
lus talis vsura nominatur.

Propositio. XIX.

Lex humana statuēs nullos redditus

posse vendi/ nisi cum facultate redimen
di/ non facit q̄ cōtractus aliunde licit̄ sit
vsurarius. aut solum pignoratīci. aut q̄
in redemptiōe/ debeat fieri fructū perce
ptoz deductio. **P**onamus itaqz reddi
tum vel fundū perpetuū/ quē prius lice
bat emere pro mille francis. Accedat lex
dans in cōtractu simili facultatē redimē
di. qua nō obstante/ datur simile precii.
immo forte maius. qualis queso posset ī
hoc casu esse ratio cōtractus vsurarij. aut
q̄ in redemptiōe/ p̄cepti fructus debeant
deduci plusqz si in priori casu fieret ven
ditio redditū perpetuozum post perce
ptiōē fructū decem aut viginti anno
rum. **N**on est estimandū q̄ legislatoz
aliquis. sit p̄ incept. sit cōmunitas. sit p̄
latus/ vellet tali modo omnes cōtractus
reddere vsurarios. et claudere viam homi
nibz p̄sertim ecclesiasticis. q̄ non possent
viti rebus suis. nec habere sufficientē pro
dei seruitio celebrando sustentatōez. Alio
quin lex esset nedum stulta. sed impia ne
q̄ et sacrilega. et ex consequēti p̄ papam et
eccliam cum omni seueritate tollēda. Sed
nō est ita presumendū de legislatozibus et
intentōne sua. quin vellent etiā quādoqz
minus precii dari vel statui/ propter illā
facultatem redimendi. **D**uo circa p̄nt
tam et precedētibus q̄ ex modo dict̄/ no
tari vel elici/ morales quedam regule.

Prima regula. **O**mnis cōtractus quo
licite venditur vel emitur redditus per
petui/ potest similiter esse licitus si eodez
cōtractu similiter se habente/ detur fa
cultas mutua redimendi. p̄sertim in fo
ro consciētie.

Secunda regula. **O**mnis cōtractus q̄
ex suo genere debet esse gratuitus/ potest
ex circumstantijs quādoqz effici licite nec
debitus nec gratuitus. mutando speciem
in genere moris. vt de commodatōne po
test fieri locatio. Super his autē vinctio
lex et ratio iudicabunt.

Tertia regula. **O**mnis cōtractus/ qui ex
suo genere vel circumstantijs nō recipit q̄
sit venditio vel emptio ad perpetuū. non
videtur secure fieri/ interueniente pacto
de facultate redimendi. et hoc maxime in
foro exteriori. secus est in locatōne et con
ductōne. que fieri solent ad tempus.

Quarta regula. **O**mnis cōtract̄ suspectus
habet/ si appareat irētio pbabilr mala in

De contractibus

contrahentibus. ut quia negotiarum solam mercenariam/aut questum lucris turpis inter dunt. Iuxta quod ponit. xx. et ultima propositio principalis.

Propositio xx.

Ex carnis/contraria legi (in ordine spiritus ac pinde tyrannica/ insectum habens et tenebrosum cordis oculum per cupiditatem et auariciam/ facilliter inducit in tentationem et laqueos diaboli. quos sibi met multiplicat et inquit/ per deum contractuum.

Legimus hoc pro chodolor in experientie libro. et in scriptis doctorum/ qui propter cupiditatis nodos/ vix sciunt euoluere. quibus se malignis adinventionibus circumuoluit. iunctis maxime tot excoicationis sententiis Accipit insuper de recte dictis et factis bonorum/ scandalum sibi et offensio/ nem. quibus scandalum tale sit a recte docentibus et ambulanti/ contentendum. quia non datum est. sed nequiter acceptum. quale dicitur per prophetam scandalum esse phariseorum. Non enim minus agerent que agunt/ si ceteri quiescerent.

Abiicienda est ergo auaricia. ut mundus simplex/ et lucidus haberi possit intentionis oculus in cordis directione/ secundum regulas iusticie. quas sepe magis doceat uincio quam ratio. Grandis est idcirco deus et cum psal. dicendum Inclina cor meum deus in testimonia tua et non in auaricia. Qui uerbi latentem energiam exprimit est pridem vnus. per eodem teste cognitum est. qui cum dominica quadam in ramis palmarum/ auaricie morsum repente in corde sentiret. ipse collecto in fide et spe deuotionis spiritu/ deficiens in imagine crucifixi/ velut in serpente moysi musticum/ rationis oculum. profundum ingemiscens. silenti desiderio clamauit. Inclina cor meum deus in testimonia tua et non in auaricia. Nec frustra. mox enim sensit a corde. velut a quadam introitus manu reuelleret/ negocium auaricie pambulans in tenebris eius. Eijciat et a nobis auariciam deum. ut auertat (iuxta prophetam sequens votum) oculos nostros ne videant vanitatem. sed veritatem. que vanitatem exufflat. et abscondas errorum decipulas. producit in lucem.

Prosum autem in hac luce veritatis/ supaddere moralia quedam consilia ne subintret apud ecclesiasticos/ spiritus auaricie. ratio nequior quanto palliat. et obubriatus accedit sub specie non como/

di proprium sed comis. **T**ertius esse videtur apud ecclesiasticos viuentes ex dotatibus si delium/ qui recipiant redditus iam assignatos quam pro nouiter emendis numerata pecuniam. **T**ertius insuper esse videtur apud ecclesiasticos viuentes ex dotatibus/ pauciores esse in numero monasteriorum vel personarum vel ecclesiarum collegiarum/ quam subire nimias sollicitudines et piculosas anxietates in corpore et anima/ in redditibus comparandis et augendis/ maxime si specie usurarie vel simoniacae prauitatis apud simplices habere videatur. ut si fiant de pecuniis collatis/ probabiliter venientibus et rapinis furtis. usuris. et extorsionibus publicis. nisi fieri constet hoc propter restitutiones incertas et vagas. **T**ertius est preterea apud ecclesiasticos recipientes vite necessaria/ ut obsequio diuino deseruiant in missis et obitibus celebrandis/ quod eorum intentio non sit obligare se nisi quantum et quousque obuentiones date/ suffecerint pro sue vite sustentatione competenti. ut vincio et ratio iudicabunt. **T**ertius ad extremum esse videtur (et si non forte necessarium sed iure supponendum) apud ecclesiasticos viuentes ut dictum est quod suam intentionem ita regulatam/ exponant suis benefactoribus fundatoribus et sustentatoribus. qui si ex sincera caritate et non pompa vanitatis. procedunt/ non retrahentur a proposito suo et perfectius apud deum merebuntur. **N**ihilominus comparandum est humane fragilitati. que raro producit granum virtuosae caritatis/ siue multiplici palea vanitatis. Quod sub alia metaphora notauit Hieremias dicens. **D**es iusticie nostre/ tanquam pannus menstruate. Propterea non ex opibus iusticie nostre. sed ex sola dei gratia salus nostra.

Tertia pars que

sequitur postillat quendam tractatum contrarium in materia tractatum in valentia arrogante. per unum doctorem canonicum super his casibus qui incipit Contractus quidam eo quod idem videtur habere zelum reipublice excessiue.

Duerat pauciora etiam sufficere quam scripta sunt sub duplici petitione/ per decisionem casus traditi in materia contractuum. eorum presertim quibus et per quibus scriptum est statu pensato. **V**er succreuit et

agitatione solius recordationis precognitio-
rum in luminationis seruo inspectio-
nis noue. doctorum nedum theologie sed
iurium. Et venit in mentem dictum tri-
plex preclarissime memorie preceptoris
mei domini. **S.** Cardinalis cameracensis.
Exptus sum inquit. dum in allegatio-
nibus iurium/ mihi veritas impugnari vide-
batur. Si dimissis glosis sup glosas/re-
cursum mihi fiebat ad nudam textum litteram
magis aptior patebat intellectus. fatentibus
hoc idem et miratibus allegatibus in aduer-
sum. **A**lex eius dictum post determina-
tionem quam aduersus symoniam celebrat fe-
cit hoc fuit. **H**omines inquit si dirigerent in-
tentionem suam in spiritualium datione vel re-
ceptione/multi sunt symoniaci qui non eunt.
Tertium eius dictum est illud. **S**uper his hu-
manis qui presupposito peccato sunt natu-
rales atque necessarii/non debet leuiter repro-
batio fieri seu restrictio. vel ad usurariam
prauitatem reductio. **D**ouit me pluries
dictum secundum loqui et scribere/qualis esset
habenda directio cordis in actibus tam da-
di quam recipiendi spiritualia. **Q**uinetiam dum
fieret in concilio Constantien. querela de
tollenda symonia/similiter et usuram. tanquam
pessimas in ecclesia pestes. motus et hoc
secundo et tertio dicto/exclamare nonnu-
quam coactus sum **D**eus equissime. quis nesci-
at et symoniam et usuram modis omnibus et
tirpandas esse. **S**ed primitus declarandum
sub quibus casibus et quibus intentionibus per
predicta symonia vel usuram committitur.
ne daretur iustus cum impio. ne propterea do-
tationes ecclesie obtinentes omni iure de-
bite/penitus eneruent. quasi sint (vt vul-
gus insipiens et malignus/et prout hereti-
ci criminantur) symoniacae aut ne similiter
detur usure titulus/iustis et necessariis con-
tractibus. **N**unc autem induxit ne dictum
primum. vt curiosius litteram quarundam alle-
gationum proprio considerare intuitu. ne
sine lege (vt aiunt) loqui videremur. vnde
factum est. vt ex allegationibus clarius eniteret
pars prima. iuuantibus ad hoc theologi-
corum libris doctorum. **R**edeat igitur ad di-
scussionem tractatus ychemetur inuectiuus
contra censualistas. **S**ic enim notat veteres
contractibus in casu proposito vel simili et in-
cipit. **C**ontractus quidam. etc. **A**lex autor
non nominat nec opus est.

Arguit primitus pro parte/qua absque
ulla dubitatione dicit esse falsam
et pessimam. nos vero veram et licitam
Ita tamen si conueniamus in casu cum cir-
cunstantijs nostris. **C**ontractus inquit ve-
ditionis et emprionis/est de iuregentium et
vtriusque iure/canonico et civili/pro licito
habitus. **S**ic est in isto contractu. quod isti-
tuit certus redditus annuus qui est merx. po-
nit etiam certum precium et sic sunt ibi substā-
tialia. que complent contractum emprionis et ve-
ditionis. **A**llegat ad maiorem et minorem sicut
ibidem potest inspicere. ff. de in legibus. **R**ursus
secundo arguit in effectu/dimissa plerumque
teverborum. **P**redictus contractus non est mu-
tuus. ergo non est usurarius. **P**robat conse-
quentiam per diffinitiones usure/datas a do-
ctoribus. quod est lucrum proueniens ex mutui
contractu. **R**ursus tertio notat allegatio-
nes plurimorum doctorum pro parte censualiste
sed quia dicta non ponit. nihil hic elici po-
test certum. nisi libris inspectis. et ex his qui
dixit in solutione istius rationis. et sunt glose
supra capitulum. **C**onstitutus de reli. domi-
bus. **R**ursus quarto sumit quod prestatioes
sunt approbate. nec reputantur usurarie ex
go (inquit) ita dicendum erit de prestatioe an-
nua. proueniente ex dicto contractu censuali
antecedens probat per multiplicatas allega-
tiones. sed consequentiam ubi nodus iacet lin-
quit vt clara nec allegat. quod euidenter
pro nobis est. **R**ursus quinto. annua
pensio potest imponi de nouo per titulum
gratuitum. puta per titulum legati et eadem ra-
tione per titulum donatoris inter viuos. ergo
multo fortius potest imponi per titulum one-
rosum. puta per titulum emprionis et ven-
ditionis. **P**robat consequentiam quam con-
cedimus. per multa iura. et consequens simi-
liter. **R**ursus sexto descendit specialiter
ad contractum qui dicitur ad vitam. iustifican-
do illum ex dubio et periculo quod immi-
net circa vitam. per argumentum de usuris. c.
in ciuitate et. c. nauigantibus istud similiter
concedimus viso textu. **R**ursus septi-
mo producit ad idem probandum/glosam
hostien. in summa. de usuris. que senten-
tialiter licitam dicit esse venditionem rerum ad
vitam certe persone vel personarum. ratione in-
certitudinis etiam si emptor inde lucraret.
Rursus octauo non per modum rationis sed in-
uectionis contra censualistam dicit eum videlicet

De contractibus

inniti tolerantie vel dissimulationi romane ecclesie/tanquam valido fundamento.

Qonsequenter descendens ad preterpositam que secundum eum indubie vera est et diuino iudicio/conscientie ocio et rationis dictamini/audacter concordans/et ita determinat id ipsum de quo facit questionem

Primum fundamentum

ponit. quia ubi est eadem ratio. debet esse eadem iuris decisio. sed eadem ratio prohibet non est in iura apta et manifesta/occurrit etiam in dicto censuali contractu. igitur. etc. Deducit vtriusque premissa per rationes et exemplar dicta doctorum. super quibus in responsione aliqua tangemus.

Secundum fundamentum

sumit ex glosa magna domini Innocentii de usuris. c. in ciuitate. quam inserit et postillat. et ex ea concludit conclusionem vnam sub hac forma In casu quo pertinaciter tenetur/et ideo innocenti versus est verbis consilij. quod dubium sibi erat an contractus esset illicitus vel non. Etiam in tali dubio fidelis christianus de necessitate salutis tenetur a tali contractu abstinere. nam in tali dubio contractum ipsum iniens/discriminans se supponit et sic mortaliter peccat. Deinde nititur iniustificare contractum ad vitam. dicens non sufficere dubium seu periculum quod imminet/ad iustificationem. Deinde obijcit contra se/in quarta conclusione/et Innocentius locutus est de facultate redimendi. Et respondet quod verum est. sed magis improbasset si hoc intellexisset

Multis autem omiſſis placet inferere glosam Innocentij. et admittere diuisionem illius quadrimestrem. ad quam discutiendam postmodum reuertemur. quod nisi fallat animus/multum pro nobis est. Glosa Innocentij. Prima pars. Ex hac decretali (inquit Innocentius) satis innuitur/et si aliquid pro certa pecunie quantitate/emergit aliquem redditum granij vel vini vel alium consilem redditum/perpetuo sibi et suis heredibus dandum a venditore et suis heredibus/vel etiam ad certum tempus vel ad tempus vite alicuius/et licitus est huiusmodi contractus/dummodo redditus annuus communi estimatioe non excedat redditum quem haberet vel habere posset/si terra de tanta pecunia emisset. Quidam tamen dicunt. quod quando in perpetuum emitur et nunquam potest esse

illicitus contractus. quantuscumque sit magnus redditus respectu precij. quia licet in contractibus/se decipere. ff. de m. in. c. 1. ij. pa. si. Secunda pars. Alijs videtur forte melius. quod si quis emit redditum constitutum ante contractum vel actionem venditam siue constituitur fuerit in re/puta in domo vel possessione vel alijs hominibus siue in persona puta serui vel liberti vel rustici vel actus vel nomen. Item siue sit certus redditus. puta quod reddit decem. siue incertus puta quod reddit quartam partem fructuum qui percipiuntur de aliqua domo vel de opere alicuius persone Item siue sit perpetuus contractus puta quod extendit ad heredes vtriusque contrahentium. siue sit ad vitam hominis. siue sit ad certum tempus. puta versus ad quinque annos. Item non refert si redditus sit in pecunia siue in alijs rebus siue in facto. Sempiternum in omnibus premissis/reputatur contractus licitus. quod est ibi purus et licitus contractus venditoris. Nam est ibi precium. scilicet certa pecunie quantitas Item ibi est merces. scilicet certus redditus vel canon vel annona. Q. de sacrosanc. ecc. iubemur in principio in auct. de re. ecc. non alie Item actio. c. de heredibus vel ac. vendi per totum. Sed his videtur esse contrarium quod dicitur hec decretalis. quod non est dubium quod versus ad illud tempus scilicet longum plus percipiet de redditu quam sit precium. et in actione constat. quod plus est in nomine quam sit precium. Solutio. licet certum sit/et versus ad plures annos. vel. l. vel vltimiores/plus accipiet de redditu quam sit precium quod datur. tamen hec certitudo non facit illicitum contractum venditoris. Quia hoc etiam sit in venditione alicuius possessionis. ubi certum est secundum inferiores causas quod plus accipiet de fructibus eius. quam sit precium quod pro ea datur. etiam sine expensis vel labore. dando eam ad vitium certum vel empbitheosim. Hic enim tamen reprehenditur/et quando carum vendit mercem propter terminum quem datur per licitum emptori/ad soluendum pecuniam. vel pro minori emit mercem/quia statim datur pecunia. et prolixius tempus expectat mercem. que penitus sunt illicita. quod hic solum vendit tempus pro ipsa pecunia. que venit et iustum precium excedit. Quod ex eo apparet. quod si vtraque parata esset precium et merces/pro minori fierent. Et in casu nostro omnia sunt presentia. nec vendit tempus. quod res ipse de quibus dicimus. scilicet redditus vel actio/tantum valebit vel ad minus creditur valere subsequenti tempore. quibus

modo valet. vel ad min^o est dubiū. Et hoc
sufficit ad hoc vt cōtractus sit licit^o vt hic

Tertia pars Idē intelligit^r qdā. 7 si
redditus vel nomē/de nouo ppter hoc cō
stituant^r in reb^o vel psonis alijs a cōtrahē
te. puta qz dicit emptor. Tu cōstitues ta
les reddit^o in possessiōe tali vel seruo. vel
facies qz talis cōfitebit^r se debere tibi mil
le vsqz ad annū. 7 ego de illis mille/vl ma
gis p actōe p illis mille cōpetere/dabo ti
bi qnq̄ginta. Nā dicit oēs cōtract^o istos
licitos. qz nō est mutū sed emptio Item
mli casus pnt eūēre qz iste emptor amit
teret in hoc cōtractu. puta si inops fieret
nomē. **S**3 certe bene cōsulendū est oi
bus fidelib^o qz ab hmōi cōtractu abstine
ant. scz qz de nouo ppter hoc cōstitutū red
ditū vel actionē emā. **Quarta ps** **U**
lud autē videt^r penitus illicitū. qz ipse idē
qz dicit emptor/in se cōstituat redditū vel ac
tionē. qz se obligat ad pl^o dādū. vel in pecu
niā vel in spe/quā accepit. **Hec Innocēti**

Tertium fundamen

tū sumit^r ex multis exēplis 7 allegatōib^o
in hāc vnā sententiā cadētib^o. Nō dubiū
qz is cōmittit in legē/qz legis verba cōple
ctens/cōtra legis nrit^o voluntatē. Vel sic.
Cōtra legē facit. qz id facit qd lex phiber.
In fraudē vero legē facit/qz saluis verbis
legis/sententiā ei^o circūuenit. **S**3 sic est i
cōtractu censualiste. qz in vtroqz cōtractu
um/est idē effect^o excepta nois mutatōe/
Sicut deducit diffuse. cōparādo condi
tōes vni^o cōtract^o ad alter^o. psertim vbi da
tur facultas redimēdi. 7 maxime vbi con
stituit^r de nouo reddit^o vel annua pensio.
Addit qz leges veteris 7 noui testamēti
phibētēs mutū sub annua pēsiōe/cēnt
marimo ludibrio/ si hoc foramen vsura
rijs supesset/qz nomē mutui mutaret^r i no
mē venditōis 7 emptiōis/pmanētib^o eis/
dem effectibus. **Et** allegat multa capitula
iuris 7 scēti **Tho.** 7 **Joh.** in summa cōfes
soz. **Jungēs** illā regulā. **A**ū qd vna via p
hibet alicui/ad id alia admitti nō debet.
Addit verūm ex glosa regule. qz respectus
principal^r habeat ad phibitū nō ad viā 7
hec est rōnabilis modificatio. **Q**uerit
consequēter a censualista. q̄lis resultat vti
litas si ex mutuo mille soldo. nō possit pē
sio vnus denarij recipi. 7 ex contractu cē
suali sumeret^r plus q̄ centum.

Quartū fundamē

tum assumit^r ex pte cōtract^o querēdo. quō
dum res aliqua vendit^r minori p̄cio cū fa
cultate redimēdi q̄ si perpetuo venderet.
talis cōtract^o nō censuat^r pigneraticius 7
p consequēns in fraudē vsuraz except^o sic
allegat glosam ordinariā **Hosien.** **Joh.**
Andree. qz talis cōtractus cōditional^r est
vsurarius. qd sane inqt videt^r intelligēdū
cū ppter pactū/res vendit^r minori p̄cio. **U**
Et p^o oppositōem sibi met factā/declarat
qz minoritas p̄cij se referat ad id qd ipsa
res valeret casu qz pperuo alienaret sine fa
cultate luendi vel redimēdi. **U** **De**inde
allegat opiniōes quorūsdā iuristaz cū vsu
is allegatōib^o. 7 exponēs doctrināl^r et be
ne/qd sit inter ius canonicū 7 ius civile.
7 qd sit de rōe legis. **C**ōcludit qz magis cre
dēdū est peritis in arte iuris canonicū. q̄
peritis in arte iuris civilis. **S**3 hec omit
timus. dicētes illud bucolicū. Non nostz
inter nos tantas componere lites.

Quintum funda

mentū assumit^r ex vno casu legis. ff. de an
nua le. l. iij. pa. vlti. **De** quo videt^r mirādū
qz leges cōcedētēs vsuras/dixerint cōtra
ctū hic cōmemoratū esse vsurariū qz vel ei^o
similis/sepiissime fit apd ecclīasticos. **Est**
autē casus. qz si p legatuz vel donationē qz
est titul^o/imponit^r de nouo certa ānua pē
sio solueda ticio/qz ad usqz ipse donās vel
legans/dictā pensionē luerit vel redemē
rit vel ab ea se liberauerit p solutiōem vel
traditōem certe sortis principalis. **Con**se
quenter inducit (7 sicut videt^r colorate) qz
min^o videt^r hic esse vsura/ qz in casu cen
sualiste. psertim si det^r min^o p̄ciū ppter fa
cultatē redimēdi siue hoc sit in vno iustru
mento siue in pluribus. **Nec** hoc impu
gnare contendimus.

Sextū fundamen

tum arguit. qz si dilatio traditōis mercis.
facit p̄ciū diminui/cōtract^o est vsurari^o
De vsuris. c. nauigati. a contrario sensu.
Sed in pposito diminiuit^r p̄ciuz. nec tota
merx est p̄ns. scz pensio cuiuslibz āni. **Ve**
ritas est/qz instādo cōtra se 7 rūdendo/ fa
cet^r qz ius petēdi pensionē annuā/sit merx
in ipso cōtractu. sicut in venditiōe p̄petui
reddit^o. **S**3 sp̄ recidit in illō/qz dat^r min^o

De contractibus

precium propter facultatem redimendi et aggrauat si de nouo merc ipsa. i. ipsum ius percipiendi constituit de nouo in ipso contractu. ubi contractantes assignant et differunt tempus prout volunt.

Postmodum istis totaliter inter se positis et fundatis nititur responsus dare validum ad affirmatiuam censuram iste parte. **C**uius ratio duplex ad primum stat in hoc solo. quod et si dictus contractus ex forma vocali sit emptio et venditio. tamen quod ad rem et effectum est mutuum vel reducit ad mutuum. **R**espondet sicut ad secundum. **A**d tertium vero fundamentum per glossam de religio. domi. in constituto. rñdet. dicendo tres esse contractus. Unus est. cum dominus alicuius rei dominium illi concedit alicui abdicans a se ipsum dominium. nihil sibi propter certum censum annuum retinendo. **E**t de isto (ut dicit) loquitur hic glossa allegata cum doctoribus. **A**lter contractus est emphiteosis concordans cum predicto in modo constituendi. **S**ed in hoc differunt quod in primo procedens nullum sibi retinet rei dominium vel ius emphiteoticum. sed in secundo retinet utrumque. **E**t uterque est licitus. **T**ertius contractus de quo nunc inquirimus hic (ut dicit) contrarium modum ad precedentem in hoc quod ille qui est dominus ab initio ipse est qui pensionem censuralem supra se et supra rem suam constituit. propterea non sequitur si precedentem contractus sint liciti quod iste. **P**roinde respondendo ad quartum fundamentum. non negamus (inquit) quod et aliis modis et contractibus annue pensiones censuram possint imponi licite. ut in fundatione ecclesie. ut in concessione quam quis facit de re sua. ut dum aliqua ecclesia erimitica a iurisdictione episcopi. et aliis modis sparsis in iure. sic allegat. sed sufficit nobis concessio fundamenti. **R**ursus. processu antecedente quod fundamentum quod per titulum gratuitum scilicet legatum vel donatum. pro annua pensione de nouo constituit. negat consequentiam. vel similitudinem ad casum nostrum. quoniam in titulo gratuito. nulla est suspitio de usura. nec ad mutuum vel ad effectum mutui reducibilis secus hic. **R**atio propterea ad sextum fundamentum stat in hoc. quod in mutuo quocumque probabile dubium vel periculum non potest concludere excusationem usure. de qua in causa naviganti. **S**ecundum est in contractu venditionis et emptiois de quo loquitur illud capitulum. **C**um igitur in casu censuraliste de quo queritur sit mutuum vel ad mutuum reducibile non est similitudo. attento quod precium ut in plu-

ribus est valde paruum respectu magnitudinis pensionis. et ad tempus est probabile satis duratur. **P**osset addi sed non tamen hic. quod contractus talis dat occasionem machinandi in mortem alteri vel eam optandi. scilicet illi qui recipit pensionem ad vitam. **A**lteri in responsione ad septimum dicit esse duos casus positos ab Hostien. **U**nus est quod licet emere possessiones ad vitam ipsi emptoris. sed hoc intellegitur ubi non constituit fructus de nouo. et merx iam creata emitur. nec datur facultas redimendi et ita non est similis casus ad nostrum. **A**lter casus est cum quis tradit vel vendit oues alicui monasterio sub pacto quod pro quolibet oue recipiat duos solidos. cum fructus cuiuslibet ouis valeat quatuor vel quinque solidos. **S**ed post mortem tradens omnes oues ad monasterium pertinebunt. et hoc est licitum propter incertitudinem mortis vel multiplicationis omnium. **S**ed secundum est in casu censuraliste quod est mutuum vel ad mutuum reducitur. **P**ostremo respondet ad ultimum per illud dictum de prebendis multa per patientiam tolerantur que si deducta fuissent in iudicium exigere iusticia non deberent tolerari.

Ecce summam collecta est sententia tractat. quantum visum est sufficere ad intentionem nostram quod versatur non ad impugnationem tractat. principaliter aut mordaciter sed ad elucidationem veritatis. tamen in casu proposito quod in aliis nonnullis in materia contractuum. que ad conscientiarum serenationem et iurium faciunt intellectum.

Attentio prima

Attenat in primis quod octo rationes facte per censuralista militat pro casu nostro. **R**ec respondiones date per trariant. sed confirmat propositum. dum concedunt censuales redditus rationabiliter emi posse vel institui si non appareat de corrupta intentione. vel ex modicitate precij. vel ex mala fama contractantium. ut quod consueuerunt usuras exercere.

Attentio secunda

Attenat quod prima ratio sua contra censuralista fundas se in hoc quod ubi est eadem ratio. debet eadem iuris decisio soluta est per quarta decimam propositum scilicet peris. **A**t possit respondendo ad formam concedi maior in terminis si sit eadem similitudo penitus. sed minor negabilis. quoniam in usura apta prohibio legis diuine et humane est manifesta. non sic in casu

censualiste. etiam ubi peccaret. quia hoc est
 occultum. aliud manifestum. **A**ddito quod p
 cepta non obligant ut fiant ad intentionem p
 cipientis nisi sub conditione. hoc est si de
 beat finis assequi. alioquin honoris pa
 rentes propter naturalem pietatem non referre
 do ad deum peccaret. **S**icut et ieiunans si non
 efficeret deuotior. et ita breuiter de quoli
 bet precepto. **F**acit pro hac ratione te
 ptus expressus extra de usuris. c. in ciuita
 te ubi sic dicit Alexander tertius / scribens
 ianuen. epo. **I**n ciuitate tua dicitur sepe con
 tingere quod quidam pip seu cinamomum seu
 alias merces comparant. quod tunc ultra. p. li
 bras non valent. et permittunt se illis a qui
 bus illas merces accipiunt. xi. libras statu
 to termino soluturos. **L**icet autem contractus
 huiusmodi ex tali forma non possit cense
 ri nomine usurarum. nihilominus tamen vendito
 res peccatum incurrit. nisi dubium sit. merces
 illas plus minusve solutiois tempore valituras.
Et ideo ciues tui salutari sue bene consulere
 si a tali contractu cessaret. cum cogitationes
 hominum omnipotenti deo nequeant occul
 tari. **P**osset autem hoc in loco fieri per
 sitio / cur contractus hic commemorat. et quod
 non est usurarius sit illicitus. **S**i dicatur
 quod propter precium maius et excessiuum. hoc
 habet locum in foro conscientie / sicut etiam
 videtur notare decretalis. sed non in exteriori
 iudicio ubi res tantum valet secundum legistis
 quantum vendi potest. quod intelligitur nisi sit
 defraudatio plus medio iusto pretio. quod tunc
 contractus rescinditur. ut in ciuilibus / licet non
 sit in fraude usurarii. **R**udebit venditor.
 nequaquam. sed in fauorem conseruationis vel
 augmentatiois proprie substantie. et suste
 ntationis domesticorum onerum. **E**cce quomodo
 malignatibus et volentibus / iniuste age
 re / non sufficiunt leges positivae contra usu
 rarios late. quin potius sunt incidentaliter
 aliqui in damnum reipublice. in laqueum con
 scientie. in offensiones et scandalum. **S**i au
 tem sententia iuris / excoicationum vel inter
 dictorum / ligent abutentes talibus contractibus /
 dum sunt in fauorem usurarum. licet non in se
 sint usurarii videantur dominum iniuste an pe
 ne sint usque ad hoc ampliande. dum non
 constat de intentione.

Tertia attentio

Attendant super secundo fundamento contra

censualista. ubi assumitur glosam magnam
 Innocentij de usuris. c. in ciuitate. quod pri
 ma pars est euidenter quo ad omnes sui clau
 sulas / pro censualista. et pro dictis prius in
 diuersis consideratibus. **S**icut et scilicet ter
 tia partes usque ibi. **S**ed certe bene consu
 lendum est. **A**ttento quod ubi dicitur in secunda
 parte. **A**lijs videtur et forte melius. non ne
 gat priores bene dixisse sed ponit sub du
 bio si sequentes melius dixerint quod loquuntur
 amplius pro parte censualiste. **E**t modus
 loquendi compositus / notat eum sentire quod melius
 cet alij bene. **D**einde cum dicit. **S**ed cer
 te bene consulendum est. **P**aret ex modo lo
 quendi quod conformatur se verbis decretalis.
mus seu tripliciter diuidimus. in castita
tem moralẽ heroicã et diuinalem. Et qui
dem de morali quia notior est/ prior erit
sermo. deinde de heroica. postremo de di
uinali tractabimus. **Natura.** Placet vt
vis. **Sophia.** Castitas moralis quem
admodũ cetera morales virtutes/ consistit
in medio. Est enim virtus/ habitus electi
uus in medio cõsistens quo ad nos. vt sa
piens indicabit. Coniecturã vero medi
um castitatis. vt nec excedat castus nec de
ficiat circa venereos actus s̄m sex circũstã
tias in generali. que sunt. persona. locus.
causa. tempus. modus. materia. vt fiat. s. p̄
quẽ oportet. cur oportet. vbi oportet. quã
do oportet. quomodo oportet et circa qd̄
oportet. alioquin laude carebit. Quis. qd̄
vbi. quãdo. cur. quomodo. cernere debes.
Natura. Et quo pacto plus in homine
q; in ceteris animantibz. **Cur** nō homini
bus/ mee legis instinctus primũ insitus/
sufficit. vt multiplicet et crescat et repleat
terram. **Sophia.** **Cur** non ita queris
rationes. Quare deus omnia subiecit sub
pedibz hominis. oues z boues vnũuersas
insup et pecora campi. volucres celi et pi
sces maris. et nō cuius animantũ cetero
rum. si parem estimas legem vtrozumq;.
Sed plane datum est et insitum homini
bus liberum arbitriũ/ quo reliqua carent
omnia. Est autẽ liberum arbitrium/ facul
tas rationis z voluntatis. quasi liberum
de ratione iudicium. Dinc dominiũ acce
pit super irrationabilia quelibet. quasi ser
uilia sub libero. Dinc semetipsum per il
lud liberum arbitriũ regere debet sub quo
est appetitus suus sensualis vt domine
tur illius. Dinc illa confurgit aurea me
diocritas/ debita suis actibus. Dinc deui
ando per plus et minus debito/ iure cul
patur. Tu vero natura per te solã sub deo

De celibatu siue

patre summo/regis et dirigis omnia/que ratione homini non habent sibi coniunctam. **A**te denique plus aguntur quam agant. nec in suis motionibus crimine habent. sicut nec propter priam qua regant coniunctam obtinent rationem. **P**ropterea neque castitas neque sobrietas neque generaliter virtus aliqua moralis. reperiuntur in brutis. nisi forte per metaphorice locutionem. ut turtur casta. castus elephas. canis prudens. leo fortis. mansueta columba nominantur. **E**t ex opposito per similitudinem vicio. superbus equus. astuta vulpes. vorax lupus. sus luxuriosa. **N**atura **A**nima duerto que dicitur. nec a meis sunt aliena principibus. **J**am insuper velut a longinquo quid moliris odor? **S**ophia **I**taque molior ostendere quam castitas perpetua non tibi semper est aduersa. **N**atura **I**mo certe iuxta deductionem tuam et descriptionem/ nulla mihi castitas sicut nec virtus aliqua moralis existimanda est contraria. **S**ophia **R**ecte sentis et concludis. **U**nde summum mormuras ergo si sint eunuchi qui se castrauerunt propter regnum dei? **N**atura **N**umquid non iure conqueror de talibus qui se totos pro semper ab officio generationis abdicant? **N**one peccant in extremorum altero qui tanquam a grege vel insensibiles/ omnidant operationi veneree repudium? nonne subiectum proprium specieque destrunt? **S**ophia **Q**uid si palam et concessis tuis monstrauero tale aliquid fieri posse multis casibus cum tuis legibus et virtute? **Q**uid si videas equos ad libidinem pronissimos/ ex equarum usu debilitari. quibus abstinentia totalis dat sicut et multis alijs/ robur et incrementum usque in senectatem et senium? **A**deo vis estimatiua circa venerea fantasiam quam abstinentia magis ledit. **S**ed querenda sunt rursus aliqua/ quatenus efficiatur processus lucidior. **C**oncedis absque scrupulo quod opus generationis non est passim ab hominibus exercendum nisi quando oportet et ubi oportet. et de reliquis ita circumstantijs? **N**atura **C**oncedo. **S**ophia **D**es igitur oportet regulas ad istarum cognitionem circumstantiarum/ quales tui discipuli (aristoteles potissime) tradiderunt. **E**tsi nullus eorum ad supremam puram et liquidam conspexerit veritatem. quia tuo lumine non meo (quod supernaturale est) suum exercebant mentis intuitum. **P**ropterea diuersas in sectas et scismata/partiti sunt. quarum multas tuas co-

arguit aristoteles. **U**t quod mulierum debebat esse communitas in usu. more brutorum quorumunda animalium. **N**ecque enim sunt omnia talis intemperate conditionis. sed sociali quoddam individualique vinculo mas et femella coniunguntur. sicut in animalibus plurimis cernere est. **D**icebant alij debere passim homines cum feminis in publico misceri velut canes. **I**nde cinici id est canini dicitur referuntur. **L**audauerunt alij coniugium. sed hoc pacto ne plures essent vni. aut quod concubinatus non inde tolleretur quasi culpabilis. quous honoris legitimi minus haberes. **A**ddiderunt nonnulli fornicationem soluti cum soluta non esse peccatum. imo crudeliter agique questi sunt contra genus humanum/ si non liceret vti libere proprio corpore sine cuiuspiam iniuria/ querendo voluptatem. **S**ileo de barbaris nationibus recto rationis iudicio carentibus. vel propter indispositionem corporis ut cernimus in naturaliter fatuis. vel ob persionem consuetudinis. **N**on loquar de bestialibus. non de melancholicorum mille speciebus/ in subuersione recti iudicij. **D**enique nolo totam hic et nunc materiam (que latissima est) de castitate prosequi. **S**atis mihi fuerit centrui illud attingere. circa quod non frustra presens collocutio versata et voluit. **N**on ut fiat copendiosius. conueniamus precor in aliqua positione vel certissima vel probabiliore. **A**lioquin vagari per omnia satageturibus/ nusquam finis. **N**atura **C**onueniamus assentio. memor sponsonis mee prioris/ discipulam me docilem/ non proteruam esse velle. **S**ophia **H**odeste facis. **C**oarretur idcirco sermo noster ad illos et pro illis inter quos est hic et nunc nonstra conuersatio. ad christianos loquor. qui nullo pacto damnant coniugia legitima/ sed honorant et colunt. tradentes pro relatione partis generatiue/ circumstantias sex debitas quod concubitus ille tibi nature consonus/ concessus insuper imo iustus est a summo patre nostro deo qui sit inter illas personas quas ipse coniunxit exemplo primorum parentum. dans mulierem in adiutorium viri/ ut relinqueret patrem et matrem. et adhereret uxori sue. **I**taque iam sunt duo in carne vna ad opus commune filiorum. ut crescant et multiplicentur et replent terram. **N**atura **E**tsi sint plurime nationes/ nescientes vel non admittentes relationem huiusmodi sic artata. nihilominus

terminis his concludi non recuso. qz mul-
 tiplicatione generis humani non adnul-
 lat. videntur potius honestare ipsam per sacra
 coniugij federa castitate. **S**ophia Ho-
 nestant certe / pagatoneqz filioz reddunt
 eis vtiliore / qz vagus incertusqz concubi-
 tus. Quia in re statim colligo / non tibi di-
 splicibilez esse castitate / coniugij limitibz
 astrictam. eo qz fecunda est huiusmodi ca-
 stitas / generans qm oportet et vbi. cum ce-
 teris circustantijs. **N**atura Nullo pacto
 displicet. **S**z qualis me molestat castitas
 intelligis. videlicet / q se totam eunuchifat
 et castrat. que valescit omni concubitu / q
 sine / prolificat nullus. **T**alis est castitas
 illa / qua nominant virginitate. **H**ec ppe-
 tuam carnis integritatem / omnis experte
 actus coniugalis / semp retinere gloriatur
Alteram dicunt vidualem / differentez in
 hoc a virginitate / qz iaz experta venereos
 actus vel in coniugio licite. vel illandabi-
 liter extra coniugium / nihilominus habet
 hoc cum virginitate comune / nunqz gene-
 rationi filioz intedere velle. **S**ophia
Distincti subtiliter triplex genus castita-
 tis moralis. coniugalis scz virginalis atqz
 vidualis. extenso nomine qualiter expres-
 sisti viduales accipiens. **N**obiscum vero con-
 uenit de castitate coniugali. nondum de vir-
 ginali et viduali mecum sentis. **E**t hoc su-
 perest vt probemus. hic axis est. hic cardo
 pntis discordie. **N**atura Sic esse con-
 cedo. **S**ophia Teneamus que pmissa
 sunt omnia / protinus in concordiam veni-
 em. **N**atura Tenebunt. **S**oph. Si
 dedero tibi casus plurimos et apud mul-
 tos homines / quibus non potuerunt ipsi
 coniugalibus vti comertijs vel de facto vel
 de iure toto tpe vite sue. consequens est vt ca-
 stitas in eis ppetue continentie a generatio-
 ne filioz pmaneat. **N**atura Coseqns e
 deductio tribz modis in generali **U**nus e
 facti. alius iuris. et tercius electo conditiois
 melioris. **E**t quide huc terciu modu / sepa-
 tim post tractabimus. nunc de duobz pri-
 mis pauca de tot exēpla tangem. **Q**uis
 impedimenta facti negauerit / que se corā
 assidue ponit. vt corporalis castratio. vt in-
 ualitudine et naturalis frigiditas. z in carce-
 ratio perpetua. vt defectus apte mulieris.
Sic viceversa de femineis obstaculis.
Natura Nunqz istos negauerim casus /

quos nobis oculus indicat. **S**z quid no-
 bis de necessitate / cum loquimur de virtu-
 te. **S**ophia Multu per omnē moduz
 quādo fortis z solers animus facit de ipsa
 necessitate virtute. quādo detrimentū ver-
 tit in meritū. **R**ursus vbi defuerit aliquā-
 do necessitas huiusmodi naturalis que fa-
 cti dicitur / concurrere potest altera que iu-
 ris est. quādo de iure nō de facto negatur
 omnis ab homine mare vel femella / con-
 iugalis associatio. ac per inde proli-
 ficatio. **E**xemplū in seruis empiricjs quos nube-
 re domini vetant. **E**xemplum de paupibz
 et egenis / non habentibz vnde tolerarent
 onera coniugij vel prolem cōuenienter edu-
 carent. **E**xemplū de leprosis / pie nolenti-
 bus progeniem similiter eis inficiendam
 gignere. **E**xemplū de fedis z turpibus / tā
 visu qz victu nō satis tolerabiliter in ma-
 trimonio cōiugatis. **E**xemplū de viduis
 et viris et femineis / habentibz pueros iaz
 vix educabiles ab eis. quibz beniuolentia
 prouidenti / nolūt supinducere copulā no-
 ueralem. **Q**uidni casibus omnibz istis z
 similibz / eligatur castitas ppetua seu vir-
 ginalis seu vidualis. **Q**uanqz mala que
 premunt / hanc inducāt. nihilominus iō
 voluntaria dici potest atqz moraliter lau-
 dabilis. quia voluntas inducta voluntas
 est. quēadmodū tuus ostendit aristoteles
 de proijciente merces in mare ne pereat.
Postremo si passim casus inueniuntur in
 omni sexu etate gradu / quibz pot imo de-
 bet vacatio fieri ab actu generationis ad
 tempus / nunc magnum nunc maius quā
 doqz maximum / cur non poterit hoc con-
 cedi cadere posse per totum tempus vite.
Dabes igitur demonstratam tibi quam
 preassumpsimus propositionez / qz lauda-
 bilis sepe est ex circustantijs castitas seu
 virginalis seu vidualis generationi nūqz
 vacans. **N**atura Negare non valeo. ni-
 si memet in preconcessis negauero. **V**erū
 tamen mea non tollitur exinde querela su-
 per illis quos a talibus impedimentis li-
 beros (qualia nominasti) volūtas (nescio
 que) spontanea (nisi potius obstinata vel
 agrestis vel innaturalis dicenda est) remo-
 uet ab artu procreationis liberoruz. **H**oc
 est cur de tuis ecclesiasticis stomachabar /
 ob nicensi cuiusdam constitutiones concī-
 lij de perpetuo talinuz celibatu. **S**oph.
Senseram. volui tñ vti circūlocutionibz
 AA 3

P

ante dictis ad introductionem sequen-
tium. Subiungetur in super ratiocinatō
de castitate heroica post moralem priusq̄
de diuinali quā adeo grauem censet. ver-
bum fiat *Veni uolam te dederis et atten-
tam et docilem. Natura Laudabis vi-
dens.*

Tertius actus prin-

cipalis. Sophia:

Recorderis oportet eorum que
prior actio conclusit de fine cō-
ditionis humane. *Natura*
Nimirum ille est contemplatio
prime cause scōm deductionem *Aristote-*
lis mei: quā de felicitate politica et eco-
nomica quedam alia sed non aduersa tra-
diderit/reponens eam in tranquillo con-
uictu ciuium per se sufficienti. et in dispo-
sitione bona domus. *Sophia* Loqua-
mur interim de felicitate monastica seu spe-
culatiua hominis ut homo est. ad quam
practica / seu politica vel iconomica ran-
dem habet ordinari. *Natura* Age pro-
ut vis. est cur ita facias / non satis agno-
sco. *Sophia* Agnosces. nam interro-
go te si felicitas hominis (qua nihil ei me-
lius. nihil oprabilius nihil honestius uti-
lius delectabilius est) adquiretur sepe me-
lius per castitatem heroicam / q̄ per copu-
lam coniugalem / castitas talis erit prefe-
renda seu amplectenda. Jam enim dictus
est / q̄ scōm exigentiā finis / media sunt ac-
cipienda. que nullam proorsus habent bo-
nitatem / si non ex fine. que admodum ver-
ritas conclusionis in speculabilibus / de-
pendet ex primis principijs. Est enim fi-
nis / principium primum in practicis. *Natura*
Vellem exponeres quid per no-
men heroice castitatis intelligis. ne pro-
cessus forte fallat. ignoro. *Sophia* Re-
cte cupis et iam paulo ante reliqueram in-
sinuādum / quo pacto castitas nedum de
facto vel de iure poterat iugiter amplecti.
per non paucos. sed q̄ hoc fieret seu fieri
persuaderet / conditionis electio melioris
At hic stamus / pensandā dicentes hero-
icam castitatem. ex duobus maxime. primi-
tus ex fine felicitatis. dehinc ex electione
continētie virginalis seu vidualis ad sem-
per et pro semper. propter adeptionem fa-
ciliorē huius finis. possem dictis et ex-
emplis cultorum tuorum / deducere. Ni-

bil credo plus obesse veritati vel adquire-
re vel speculande (potissimum de causis
altissimis) q̄ voluptatem veneream / q̄ cō-
tractum illum corporū sine quo vxor cum
liberis haberi non potest. vbi sorbetur et
absorbetur rationis iudicium. vbi nihil
virile. nihil altum / nihil celeste / mens que
tali se deditur passioni / sinitur meditari.
Quid igitur si senserit adolescens / vel tuo
vel diuino munere vel alterius p̄moniti-
one / perpetuam huius furoris carentiam
conferre plurimum felicitati capescende /
ad quam conditus est homo. Nonne po-
terit consulto velle iugiter continere / mor-
tificando tyrānicam huius moribūdi cor-
poris rabiem. ne reuocet aut retrahat aut
deturbet / ad alta tendentem. *Natura*
Ecce in modico suades continentiam si-
cut et felicitatem omnes homines debere
complecti. Sic perinde qualis poterit su-
perstes esse posteritas. *Sophia* Non
hec formidaueris. quia sicut non omniū
est heroicis esse id est diuinis / et super cō-
munem hominū conditionem eleuatos /
ita necraliter castos existere. Propterea di-
cit magister noster et dominus. Qui po-
test capere capiat. Nō est omittenda laus
libertatis / non liberalium collaudatio stu-
diorum / formidando ne serui remaneant
nulli / ne preterea mechanicis nemo dedi-
tus inueniatur exercitijs. Rara sunt excel-
sa omnia. semper quocq̄ vilium aut medio-
crum / maior erit numerus. suasionē opti-
morum non exstante. *Natura* Atvero
difficilis. ne dicam impossibilis est hec he-
roica vel horrida castitas. *Sophia* Dif-
ficilis est fateor. sed tendit ad ardua vir-
tus. Difficilis. sed apud plurimos adole-
scentes et adolescentulas / inuenta est. De-
niq̄ non ego sola cum meis / sed tui / virtu-
tem heroicam posuerunt. quasi supra bo-
minem. sicut in solitarijs bene composi-
tis. sicut e contrario deprimit sub homine
incomposita solitudo. Solitarius quip-
pe / vel deus vel bestia. *Natura* Recolo
dicta meorum. Sed moderatus venereo-
rum vsus / quin aptus sit ad virtutis et cō-
sequenter felicitatis adeptionem / non pa-
lam cognosco. Nec intemperatum laudō
sed nec proorsus nullum approbare valeo
propter diuinam sui similis generationē
immo et propter vrgentem mei iuris ne-
cessitatem. At quidem propterea. separo

fermen a superfluo tertie digestionis. ego debitis in vasis illud condo. ego meatus ei conuenientes adapto. Denique mulcebrez indidi desiderabilemque supra modum delectationem. que continue stimulat. que si non effluendo sedetur ledit et mortale. aut aliquando mortificat. Sic est omnium communis amor. vincens omnia de quo virgilius noster. Omne adeo genus in terris hominumque ferarum. Equorumque genus pecudes picteque volucres. In furias ferrumque ruunt amor omnibus vnus. **S**ophia. Declaraueris et aggrauaueris quatuorlibet volueris. nunquam obtinebis. vt impossibilis heroica castitas iure putetur apud homines strenue voluntatis quos equus amauit. non falsus iupiter. sed deus verus. et quos ardens euegit ad ethera virtus. quam virtutem mei gratiam dicunt atque charitatem. Falsus est quippe meorum vnus. vt sciui inquit quia non possum aliter esse continens nisi deus det. et hoc ipsum erat sapientia. scire cuius esset hoc donum. a deo dominum. **N**atura Quid mihi nunc de miraculis que solis innitor legibus meis? **S**ophia. Neque sane leges tue diuinum seducunt auxilium. sine quo iuxta platonis tui verbum nullum rite fundatur exordium. Nihilominus agam tecum proximum. dicam vnde fortassis tu stupeas tunc mirentur. **N**atura Expecto. **S**ophia. Facilius est apud hominem qui bona voluntate zelat castitatem. illam perpetuam quam interpolata sine vicio custodire. **N**atura Pape quid ais? **S**ophia Id quod audis Quod vt melius accipias. constituo duos homines. vnum vxoratum. alium celibem. continebit dico celebs facilius ab omni voluptatis illicite sensu delibato vel experientia. quam vxoratus vtetur moderate. sine quauis impudicie maculantis culpa. **N**atura Vellem certis id approbationibus confirmares. **S**ophia. Sumuntur rationes ex consideratione seculi. et allicientis ablatione. et febrili similitudine. et pruritus curatione. et humoris desiccatione. et iocunda consuetudine. et virtutum associatione. **N**atura Nolo moreris per singula. sed te ad pauca resolue. **S**ophia Fiet. **D**ifficultas continendi. causatur ex imaginatiua virtute. presentante obiectum appetitui

tanquam delectabile. vel directe quia mulcet. vel indirecte. quia tristitias stimulantem aufert. Cuius rei signum est. quod imaginatione cessante super veneris actibus cessat et eorum concupiscentia vel appetitus perspicuum fit hoc in irrationalibus quoniam tuncque pronis ad luxuriam. sicut in equis tauris et canibus. Hoc expressit virgilius tuus in georgicis de custodia equorum. docens eos separatim ab equabus alendos esse. et causam reddit cum experientia dicens. Carpit enim vires paulatim vritque videndo femina. **N**atura Negari non potest sensu repugnante. **S**ophia. Leteris causatur imaginatio vel actuatur et duobus. Vnum est obiectum externum placibile. preceptum visu tactu vel auditu vel etiam olfactu. Hinc naso Fortis equus visu semper adhinnit eque. Hinc magorum vnus apud arhenas adeptus est modico nasi adiumento vel odoramento regnum. ait valerius. quoniam equum suum ex memoria odoris eque mouit primum ad hinnitum. **A**lterum imaginationis excitatiuum. est humor seminalis querens exitum. Qui si negetur stimulat vt vrina superabundans. vt vapor colericus et igneus. causatque pruriginem circa partes alias. non minus circa genitales calida ventositas prurit irritat et vrit. **N**atura Voluit hoc et ingeniauit summus auctor meus. prouidens ne desiderium propagationis per generationem sui similis languesceret. Nam vt comestio saluat indiuiduum. sic speciem carnalis committio. **S**ophia Voluit fateor. sed ita voluit in hominibus. vt motum huiusmodi ratio sibi data regeret. Quod et effecisset absque omni difficultate rebellionis. si non suo primitus creatori ratio rebellasset. **N**atura. Transcendit hec assertio limites meos de peccato tali. perge quo cepisti. **S**ophia Nemo dubitauerit qui coniugatus habeat obiectum principaliter et iugiter alliciens. quod est vxor sua. plus quam celebs habere cogatur. **N**atura Quis hoc negat? Sed presto simile est remedium. per vsum consortis legitimi. **S**ophia Presto est. sed an plus equo succendat inflammet et ardeat. inebriet et abducatur. viderint coniugati. Dicit enim satiricus. Quid enim venus anxia curat? Inguinis et capitis que sit distantia nescit.

De celibatu siue

Quot inde deus altissime/ quot intempā
tiarum fedissimarū z inconcessarum bul
liant riuī. quot flagicia. quot contumelie.
quas turpe nefasq; dicere/ sepius erum
pant/ tu nosti omnium cognitor occulto
rum? Celebs interea rebus honestis intē
dens ac intentus nocteq; dieq; poterit a
uertere tales quales isti patiuntur inflam
mationes. ¶ **Natura.** Aessant he passio
nes dum explentur. ¶ **Sophia.** Si ces
sauerint ad momentum. protinus actio
res irruunt. ¶ **Quia** libidinis vsus/ non
satiat s; irritat/ more febrilis ardoris. quē
potus nutrit. auget et inflammat. ¶ **Sic**
pruritus in corpore/ scalpando dum mo
ri videtur augetur. ¶ **Sic** fons lactis in
nutrice/ sugendo continuatur. qui dimis
sus arefcit. in alios versus humores z exi
tus. ¶ **Natura.** Sic ingeniaui multis in
rebus et modis. Sentio deniq; similem
tibi de feminis humore argumentationes
sumere velle. ¶ **Sophia.** Jure sentis. ac
proinde cernis/ causas incontinentie pre
cipuas/ longius a celibe fieri q̄ a coniuga
to. que sunt obiectum alliciens exterius z
semen interius ex abundantia stimulans
et exitum querens. quod in celibe per su
dores aut aliter sine quauis impudicie
culpa defluit exit aut enanescit. ¶ **Quid**
q; consuetudo/ vim tuam habet o natura.
Propterea cicero tuis bene cōsulit. Opri
ma inquit forma viuendi eligēda est. quā
iocundam reddit consuetudo. Sunt qui
veneras voluptates etiam licenter exhi
bitas/ aspernarentur vt viles vt indignas
vt nauseam spiritui dantes. quoniam gu
stato spiritu desipit omnis caro. ait grego
rius vnius meorum. Talis olim noster au
gustinus. qui prius ambrosij statum bea
tuz predicabat/ nisi q; celibatus suus one
rosus sibi videbatur. At nesciebas inquit
quales quantasq; suauitates sentiret ipe/
bene olentis castitatis. sententia est si ver
ba non teneo. ¶ **His** accedit virtutū alia
rum comes ipsis caste viuentibus socie
tas. que longe sunt a solitudine coniu
gatorum/ curarum cessatio mordacium
celestis conuersatio. sobrietas. frugalitas.
studium liberum/ colloquens cum toto se
culo secum/ presens ego sophia in allocu
tione tedij sui. Rursum habet super se iu
gum christi suaue et leue/ putrescere faci
ens iugum multiplex et ferreum mundi:

Non vlla sibi parturientium fastidia. non
educatio contumacium sepe liberorum.
Postremo. locum istum/ multi mei et tui/
super oneribus coniugij/ copiosissime ve
bementerq; prosecuti sunt. precipue no
ster hieronymus. qui laudes nunc vidui
tatis nunc virginitatis et aduersum Jo
uinianum nuptias equantem celibatū:
vbi quicquid ex historijs et sententijs ve
terum cum sacris literis exbauriri potest/
inducit. Duo fit. vt repetitione noitra (q̄
niam habentur in promptu) non egeant.
nec te latent. ¶ **Natura** Vallem laterent
meq; omnesq;. presertim in hoc q; laudem
virginitatis/ in improprium reprobatio
nemq; vertit nuptiarum. Nec defuerunt
qui tale quid ipsi. dum viueret oppone
rent. ¶ **Sophia.** Opposuerunt. Sed re
spondit coniugium sanctum et nuptias
sanctas esse. o quibus hic dicendū nō est
per singula. ¶ **Natura** Si talis esset om
nium celibum conditio/ qualem descripsi
sti. Tolerabilem mihi nō nego fore quan
dam ipsorum multitudinem. dum plures
aliorum/ intenderent quantum sufficeret
generationi filiorum. At uero de mille vir
vnum talem inuenies Amplius. quia lau
dez fundas heroice castitatis ex fine. quia
preparat ad contemplationem altissime
veritatis. quid de tot meis. de tot tuis ele
uarissimis et doctissimis/ vsq; ad prophe
tie spiritum viris. quos scimus vxores ha
buisset. ¶ **Sophia.** Non tollimus omnē
ab vxoratis cognitionem perspicuam ve
ritatis/ illam specialiter que lucet in specu
latino intellectu. qualem tui vel solam cu
riosius inuestigant. Amantes veritatem
magis vt lucentem. q̄ vt redarguentem et
corrigentem mores peruersos. quos non
ita deserere curauerunt. Propterea tradi
ti sunt velut ingrati/ in reprobū sensum
et obscuratum est insipiens cor eorum et
in stultum finem deducti sunt. Datur al
tera cognitio non declaratiua vel specula
riua et illustratiua vt precedens. sed in ex
perimento consistens et affectu quam ne
mo nouit nisi qui accipit. Et hec si datur
vxoratis. profecto sitdum vacant ab am
plexibus. et rarissime fit. quia nec tunc cō
fertur prophetie spiritus. neq; suauissim⁹
odor ille/ sapientissimamq; iocunditas. quā
ego sapientia confero scdm nomen meuz/
quod plus sumitur a sapore qui est gusta

sto spiritus affectualis / q̄s a sapere quod respicit intellectum. Porro si pauci sunt celibes et electi et eleanati perfectiq; / multo rariores sunt. ceteris paribus. nuptijs dati qui sine contaminatione se custodi / ant. **Natura** Foves meā aduersus continentes querimoniam. dum continendi difficultatem causas. mecum quoq; sentis que dicit / vix vnum vel vnam de mille reperiri. **Sophia**. Imo verius debilito compescog; dum castitatem in celibatu faciliorem trado. duz possibilem in omni erate sexu gradu ordine (q̄suis difficultem) multis ipsam predico. Alioquin peccatum haberent. aut ad impossibile tenerentur. Viderint qui non credunt. si omnibus in comune non vxoratis detrahūt peruersa temerariaq; diiudicatione proximorum etiam in matrimonio coniunctorum. quos et quas esse constat frequenter mutuo sepatos per tempus et per tempora et dimidium temporis. vel distantia locorum. vel impedimento morborum. aut religionis sacramento. Quos si continere dixeris eo tunc posse. cur non et celibes tāto spacio saltem / poterunt idem. imo proxius ex deductis. **Eos vero** si suspicatus fueris per incontinentiam superari / damnas omnes / teq; ipsam tuosq; do mesticos parentes et alienos. Itaq; regrediendum est ad hanc veritatem q̄ sub rationis imperio / est sensualis appetitus. et carnalis executio. difficultate vel inclinatione n̄tente in contrarium non obstante. Ad q̄s altruendum / valet responsio ipocratis fm aliquos vel fm alios socratis. quem dum vifonoma inspecta diceret vifonomo coruptorem esse puerorum / discipulos volentes irruere in eum compescuit dicens. **Sum. sed contineo.** **Natura**. Hode ste ciuilitateq; persuades. **Sed quid de multitudinedicis vxorum.** **Sophia**. Nolo putauerit aliquis multitudine vxor. (duz etiam legaliter multis fas esset vti) libidinis ignem / furorem fomitem tyrannidem excutere. sed crebrius in malum augere. **Pocet hoc spurcissima saracenorum secta / quos a fedissimo a te q; natura damnato masculorum concubitu / pluralitas vxorum non auertit. sed inuertit peruertit et subuertit. Quid insuper de romanis scripsit apostolus noster in epistole principio. quid ipsi poete sui cecinerunt. quid**

historici narrauerunt / de muto hoc vicio / cognitum est. Duo palam fit. vnerum furorem plus cedendo fugiendoq; vitari quā vtendo. **Habet proinde castitas heroica / deum / finem. querens expeditum a mille sollicitudinibus animuz. quibus ne quaē caret coniugiū. fit proximior deo: fit auxiliū sui capacioz. Tam idcirco licet decet / et expedit amplecti.** **Natura**. Cur non vitatur corporali castratione / qui mē talem eligunt seruare perpetuam? **Tunc itaq; / nec ipsi peccarent concupiscendo feminas. nec eas in peccatum traherent. et a suspicionis macula de consortio mulierum / manerent immunes.** **Sophia**. **Vultum aliter sensit vnus de meis dicēs q̄ concupiscentia spadonis / deuirginit / uit adolescentulam virginem. Apud comicum insuper dicitur amatores esse mulierum maximi. verum nihil posse. Adeo verus est sermo magistri nostri / q̄ ex corde procedunt adulteria fornicationesq; torpeat quāuis corpus. Eterum. nefas est auctoritate propria se castrando mutilare. sicut et se occidere. precipue dum non seruatur inde totum corpus sed debilitatur alteratur viciatur / vnde consequenter anima passiones morbidas subit. et in moribus tetras. Neq; in hoc Origenis mei probatur exemplum vel zelus non scōm scientiam castitatis / se carne castrantis.** **Natura**. Quid agat igit aduersus stimulos carnis integer corpore / si talia patiuntur mutilari? **Sophia**. Arbitrium in eis liberum cum timore dei / configet carnes eorum. sagittis gratie potentibus. cuz carbonibus virtutum desolatorijs. si querantur bona fide et toto corde / remedia furoris huius. que plurima sunt. et precipuum fuga inertis ocij. quod vidit qui ait. **Ocia si tollas / periere cupidinis arcus. Asit sobrietas. familiaritas absit.** **Natura**. **Terre. non meum est audire modo generationem cohibentia. cuius est incentiua procurare. Et transfer ad alia si qua sunt perfunt. que post aliquātulam si vis pausationem / prosequere.**

Sequitur quartus

actus principalis istius dyalogi apologetici **Sophie ipsius scilicet et nature. tra / ctans de castitate diuinali &c.**

¶ Quartus act' prin- cipalis.

Sophia.

A satis o natura foroz pausatū est: **Natura Satis.** **S**ophia Terminemus ergo quod superest. **Natura Termine-
mus.** expecto. **S**ophia Hactenus in actione superiori triplici / versata est ora-
tio nostra quasi preparatoria pro quarto hoc (qui et vltimus est) actu potissimū in-
tencio. non supgressi sunt termini capaci-
tatis tue. Nunc in altiori supra nō contra-
te regione colloceris oportet. vbi de xp̄ia-
noziū moribz ac ritibz agendū est. qui non
tua traditione sed mea / per deum ⁊ ex deo /
supnaturali sunt reuelatione suscepti. **Natura**
Hoc tanto mihi facilius erit / q̄n-
to causam vnā esse p̄stantissimā optimā et
supremā nō dubito. Est enī vox mea ap̄d
omnes talem esse quā appellant deum. de
qua / post inquisitionē solertissimā dixisse
fertur aristoteles meus. Inueni te causam
primā. fac me tibi placere. Demum que
gens tam effera / que natio tam barbara / q̄
non aliqua religione teneat. Atvero quis
et qualis sit verus cultus / per reuelationē
specialē aliter q̄ ex creaturis meis accept⁹
fateor supra me est. nō (vt benedicis) con-
tra me est. **S**ophia Da te interim mi-
hi meeque fidei. credens vt intelligas vnicū
xp̄iane religionis verū esse cultum dei no-
stri. **Natura** Credo. quatenus ad intel-
ligentiā docendoꝝ p̄ te pateat via. **S**o-
phia Collocabim⁹ ergo principū docen-
doꝝ / vbi dictoꝝ finis fuit. Istā quip-
pe legem esse diuinitatis vt supremū infe-
riorū iungat principijs superiorū / tradit il-
le magnus olim tuus ariopagita dionysi⁹
quē pdicatio cū miraculis meū fecit et ex-
tulit. **S**ophia Diximus de heroica castitate. quā
non aduersam tibi nec impossibilem mō-
strauimus. **Natura** Demonstrasti confi-
teor. **S**ophia Coniūgitur huic in ascē-
su castitas diuinalis. put moralē heroica
sibi sternit castitates. **Natura** Castitas
hec diuinalis qualis est ⁊ quid sup addit /
ediffere. **S**ophia Rite petis. Et quidē
ex finis cōsideratione cognosces. **Natura**
Moralis castitas / habet proximum finem
se cōtinere fm dictamen reuerentionis per
te naturam / hominibus indire. **A**st be-

roica tendit altius / in primā causam se re-
uolvens et exaltans. **Natura** Diuinalis vero fi-
nem attingit eundē qui deus est. sed emi-
nentiori modo. propter tria p̄cipue. **P**ri-
mo quia voto firmatur. **S**ecūdo quia si-
de spe caritateq; / dedicatur xp̄o. qui simul
in vnum deus et homo est. domin⁹ et pro-
ximus. frater amicus et sponsus. **T**ertio
quia sacrosāctis mysterijs hec castitas ap-
plicatur. **P**ropter hec tria plurimum di-
stat hec castitas a castitate idolatrarum.
Fuerunt quippe virgines inter eos demo-
nijs vt veste et palladi et telluri non deo
sacrate imo excrete. sic et apud diaboli-
cos manicheos. **P**orro. moralis casti-
tas est velut incipientium et purgando-
rum. **H**eroica velut perficendorum et il-
luminandorum. **D**iuinalis tertia tanq̄
perfectorum in eterna beatitudine consu-
mandorum. **T**alis esse debet castitas ec-
clesiasticorū ⁊ presertim sacerdotum ⁊ ma-
xime prelatorum. **Natura** Debet esse
dicis. s; an sit / tu videris. o sophia. **S**o-
phia. **N**ondum agimus de castis. sed de
castitate. quam absolute consideratam / p̄-
sonalis abusus non sordidat aut violat /
sed effugit. quē admodum te naturam vi-
cia quantumlibet enormia qualia nomi-
nantur fieri contra te. nō te polluūt. quin-
digna iugi veneratione subsistas. **C**on-
uenio te nunc igitur / an presupposita si-
de laudabilis tibi sit huiusmodi castitas
diuinalis. **Q**uid differis? **Q**uid musitas?
Si castitatem heroicam / conuincit aper-
tissima ratio te laudandā concedere. quo
pacto superesset aliqua dubietas de p̄-
conio castitatis diuinalis qualis descri-
pta est / vota deo. dicata cristo. dedita cul-
tui sacro? **Natura** Vincor veris. nec ef-
fugium video. si non ad abusus culpan-
dos querelam meam receperis. **S**o-
phia. **A**busus ego non minus q̄ tu cul-
po. criminoꝝ. abominoꝝ. damno. **V**erum
tamen dic quales reperis intolerabiles in
castitatem professis exorbitationes. **S**ūt
quippe nonnulla q̄uis viciosa. locis tem-
poribusq; et personis / toleranda. **A**lioq̄n
rollantur omnia bona tam tua q̄ mea ne-
cesse est. **Q**uoniam nulla sunt / quibus nō
contingat aburi. **C**ognoscit deus figmen-
tum humanum. scit homines circunda-
tos infirmitate / a summo vsq; deorsum.
Ideo propiciabilis est super malicia.

Natura. **I**ure mihi tibiq̄ displicibilis esse debet tanta multiplicatio indignorum. tanta frequentatio preuaricationis vortorum. tanta contaminatio sacrorum. mearūq̄ legum horrenda peruersio. maxime cum videas ipsa/tor scelera/flagicia/iniquitates/peccata/delicata/abominaciones/q̄s vel nominare vel etiam cogitare/turpe est in meum reuerti propagnis debite preiudicium. **H**inc regiones vacue derelinquuntur absq̄ habitatore. **H**inc cultus tuus iste xpianorum/pene deperditur/multiplicatis per generationē hostibus suis ethnicis et saracenis. **S**ubinde quid obesset noue legi tue plusq̄ veteri similiter tue. si honestissimo matrimonij sacramento/ministri religionis vterentur. **N**ūquid sapientior aut sanctior q̄s olim effectus est deus. **F**uerit ipse xpus virgo. fuerit natus de virgine. virginali desponsata viro. fuerit prefiguratus in virginitate hieremie et helie. **S**uasit ipse virginitatem paucis q̄ capere possent idoneis. **U**nde queso preceptum ortum est/ vt non solum iam sit castitatis consilium et hoc sine delicto iuuenilium personarū et adolescentularū imo puerorum puellarūq̄ sub velo religionis quorum quarūq̄ mille furores aut similia esse dicit **V**ratius. **Q**uid d̄ prouectionibus. quos incontinētes fuisse prius/ambigit nemo. nec forte posterius continentes sperat vllus? **V**incit indignitas rei/meam certe conuersionē. que longe plus operibus se loquitur. se clamat et prodit: q̄s meis posset vocibus/ nisi sponte quis obsurdescat. **S**ophia **S**i tam acerba fers animositate facinora vouentū castitatem. **R**espice queso respice trabes ingētes defectuū in oculis/atq̄ colluiones fedissimas in omnib; membris generatio/ni vacantium. **S**ed quia non apte probuz probro diluitur. ad id respondeo qd̄ queris amarius **A**n sapientior fuerit christus filius in noua q̄s pater in veteri lege? **E**adem crede mihi/proorsus eadem fuit sapientia que ad pfectum duxit impfectum puericiā ad pfectionis etatem. timores ad amorē et spiritus libertatem. **P**orro cur non inspicias in sacerdotib; veteris legis/quāta super alios sanctitatis/quāta castitatis imponebat artatio? **U**rorem nō nisi virginē. non nisi semel et vnicam. non repudiatam. non sordidā/fas erat accipere.

Vacabant ab vxorum quolibet amplexu tempore vicis sue/sub mortis interminatione. **S**i moriebatur vxor in adolescentia/continēdi necessitas incubebat. **E**t quoniā assidue nostri sacerdotes sacris occupantur mysterijs. quid diuinius/q̄ vt continua polleant castitate? **V**acant legi dei/quam ab eorū populus ore requirit. **H**ec autē lex sicut immaculata est/immaculatum speculatoresq̄ doctoresq̄ vult. **Q**uod si grecorum xpianorū opponitur coniugium. **F**ortassis ideo privati sunt illa qua p̄diti fuerant legis peritia. et in varios iam supra modum corruerunt errores/disso/nes romane vereq̄ pietati. **Q**uid q̄ apud eos vigent adhuc calogeri monachi celibes sub regula magni patris basilij quos fere solos de clero/populus habet in precio? **H**uc accedat q̄ ministri gratie reuelate/sunt per electionē/non hereditariaz vt olim successione. **D**ebent insuper liberiores q̄s olim/a seculari seruitute viuere. **D**ebent rursus in re familiarī minus esse solliciti. deditiq̄ minus auaricie seu rapine/thesaurizare volenti pro filijs et filiabus instar iude. quinimo pro nepotulis. quos vnus ē pontificibus datos a demonio loco filiorum/quos deus subtraxerat ab ecclesiasticis. querulus loquebatur. **A**ntē de queso que admodum hec tria/que sunt electio. libertas. vacatio. fundant rationabilitatem celibatus perpetui sacerdotum. **I**uncto q̄ nullus ad votuz sicut nec ad sacerdotium cogitur. nullus ante discretionis annos dum est arbiter sui. nullus qui non auxiliante dño sine quo nihil facere possumus votū suū possit implere. **T**ātūmodo volūtas bona assit cū gratia. nec ei desit vel obest sit/arbitrium. **Q**uod si cadant aliqui/presto est per p̄nias subleuator de? **D**eniq; o natura ne gloriaris adeo magnificans multitudinem hominū. quoniam melior est vnus timens deum q̄s mille filij impij. **M**axime si timor sit coniunctus anime continēti. cuius non est condigna ponderatio. que diligens mundiciāz propter gratiam labiorum habet amicum regem deum. **A**dde q̄ virginitas implet celum/secunditas carnalis/mundū. **D**eniq; tuus **A**restoteles policias instituens/notauit moderatam debere esse puerorum multitudinem. **Q**uod a nōnullis accipitur/quasi necandi sunt superflui.

De celibatu ecclesiasticorū

Quod practicasse grecos / comicus aliqui insinuat. Verum rectius intelligatur / vt sit hominū pars / generationi nō intenta / vacans altioribz. **S**oluitur p̄ inde que daz tua oppositio de virginitate. q̄ nō mediū tenet sed extremuz. Tenet vtiq̄ mediū quo ad nos. qm̄ obstat quādo oportet et quātū oportet. vbi oportet. oīm circūstantiāz qualitate pensata. put sapiēs iudicabit. **Q**uāobrem parce ire tue soroz natura. solerter aduertēs. q̄ p̄ celibatuz / salubriter p̄uisum est statui ecclesiasticorū de beneficijs viuentiū. Quibz si darentur vxores / si liberi nascerent / quis post eorū mortē suas pasceret vxores et filios? Non successor in beneficio: qd̄ sibi vix sufficit. Nō alius si nō casualiter. Et ita medicitate vilescerēt vel inedia fameq̄ pirēt. Attēto et hoc q̄ sacerdotes multi / sibi soli vix viuere satis habēt. quid si familiā addideris sūptuosā? **N**atura parca ire o sophia. Vis igit̄ vt siccis oculis. duro corde. visceribz cōgelatis. sine cōpassione. sine pietate p̄terea silentio. tuāz mearūq̄ p̄uaticationes legū mltiplicatas sup̄ numerz. **S**ophia Nolo equidē. S; pari federe tu mecum p̄uisione implores accōmodā. **N**atura Quem inueniā misera cōsolatorem? Quis tātis feret opem malis? Cur creata sum videre tāta mala mee sublimis creaturē? Que nūc cladibz et pestilentijs infecta depit. nunc bellis horridis attrita corruit. nūc per nō vsū vel abusū virtutis generatiue / p̄sus naturalissime diuineq̄ et p̄fecte / quasi sterilitate consumit̄ et arefcit. **S**ophia Desup̄ est puidus sup̄ omnia deus / cōmunis mihi tibiq̄ pater creator et rector. Sperandū de sua misericordia. cuius copie nō est numerus. petendū est ei⁹ subsidiū. querendū. pullandū. **B**eniq̄ p̄cipes populorū dum erūt cōgregati cū principe summo / vicario dei abrahāz / cōmonēdi erunt orandi cōtestandi / ferre p̄sidium rebus lapsis / hominū defectus reficere. deformata reformare. nominati circa tot propaginis obstacula. non afferentia deo gloriā. nō ecclesiastice religioni de corē. p̄pter tria que tue miscuisti querimonia. Quorum vnū est. nimia vouentiū maxime adolescentiū / multiplicatio. Alteruz celeberrima vtorū sine fructu legitime prolis / effractio. Tertiu; cōraminatio sacrorū. tueq̄ cōstitutionis abominanda

subuersio. **N**atura Cur non adijcis tollendum esse votum a sacerdotio. cum non sit ei diuina et essentiali vel inseparabili societate connextum. quicquid sit de monachis? **S**ophia **D.** quasi stet in non vouendo tota reformatio. quasi non peccent vxorati. Sed nec refert magnopere / si votum nequaq̄ sit annexū essentialiter sacerdotio / postq̄ ita cōiunctum sibi est. vt omnis illud suscipiens / nedum voueat. sed votum etiam solēner. matrimonii dirimens iam contractū / non minus q̄ in monachis. Sed nec plus habet dispensabilitatis vnū q̄ alterum. nisi q̄ facta monacho dispensatione / desinit esse monachus. quoniā status importat tria vota d̄ sui ratione. Sacerdoti vero cōcessa dispensatione voti / sacerdos tamen manet. **A**t vero hic non versatur reformatio principalis. sed per alia media. qualia nūc et hic aperire / non est consilium. **H**oc dicimus. q̄ de duobus malis / minus est incōtinentes tolerare sacerdotes / q̄ nullos habere. Sicut abutimur bonis dei: sic vitur ipse malis nostris ad electorum salutem. nominati in sacramentorum ministratione. quod olim figuratum est in pastu helye per cornos. in quibus peccatorum nigredo figuratur. **N**on expectet aliquis q̄ area dominice ministrationis / tanta possit sollicitatōe purgari / quin plures sint palee viciosorū vt luxuriosorū. inter quos latent et fouentur tanq̄ grana purissima / cultores castitatis. **Q**uis scit si plures nunc ecclesiastici custodiant in celibatu castitatem illibatam / q̄ si iuncti cōiugio / maritalem integre conseruassent? **Q**uis nesciat in multis et de multis de siderabilibus / facilius esse totaliter abstinere q̄ vsū moderari? **V**idit hoc epicurus assertor voluptatis. qui teste seneca dicit. **V**is diues fieri. **N**on diuitijs adijciendum sed cupiditatibus detrahendū. Similiter in omnibus eiusmodi. **V**is voluptuose viuere / non voluptatibus adijciendum sed cupiditatibus et concupiscentijs detrahendum. adeo vel diuitem vel voluptuosum fieri non in exterioribus situm est sed intra nos. **Q**uid q̄ non humana p̄sumptione regit ecclesia sed spūssancti directione. put omnia temp⁹ hnt? **F**uit ecclesia primitus sine dotatione temporalium. qualiter postmodū per **S**iluestrum

et alios sanctissimos / spū sancto largede-
dit. Sic aliquādo p coniugatos regebat
ecclesia / vt in antiqua lege. nūc p celibes in
noua. **C**oncludim⁹ tandē nos interea
cōtentos esse debere remedioꝝ postulatio-
ne. qualia qualiterq; tetigim⁹. vt tranquil-
le concorditerq; maneamus sorozio nexu
iuncte / natura cum sophia. **N**atura. fiat
precor ita. **F**init.

Carmen cōtra pul-

cruditinē corporis quomodo sepe ē occa-

Pulcer alet. decoloratus virget
Dolorius vt tibi sis. **T**amen audi.
Te speciosa ligant velut auri
Uincula. retibus et nimis artis
Stringeris / implicitus magis / ex quo
Roboris est vegeti caro candens /
Passio liberior virget omnis.
Subiuga fit ratio. iacet excoꝝ.
Te fleo. nam tua sorz miserāda. **F**init.

Opusculū eiusdeꝝ

contra impugnātes ordinē Carthusien-
quomō pauca in eis reperiantur miracula.
quali exinde viltiores censendi sunt.

Miracula cōmuniter fiunt ad
probandā sanctitatē illi⁹ qui
ea facit / de qua dubitat. **V**el
fiunt ad cōfirmandā et cōuin-
cendam infidelitatē alicuius
vel aliquoꝝ. **U**bi autē per scripturam sa-
cram vel euidentiaz / constat de sanctitate
talis persone / raro fiunt p illum miracula
quia iam habet aliquod genus probatio-
nis sue sanctitatis. **S**ic et iuri iste dicit
q; vbi vno modo legitime constat de intē-
tione partis / non requiritur vel exigitur.
imo esset supflūū aliud genus pbationis
ea. i. extra de probatiō. **E**t ideo martyres
de quoz; sanctitate nullus dubitat / raro
fecerunt miracula respectu alioꝝ. **S**pecia-
liter in vita. **C**onfessores vero plura. in vi-
ta et in morte. **E**t quo dubio antiquit⁹
confessores vsq; ad Siluestrum papam
publice non colebantur vt sancti. nec ali-
quis in canone misse est positus. cum ta-
men virgines. immo et corrupte mulieres
sed tamen martyres / ibi sint posite. sicut p
petua et felicitas. **I**nter ipsos confesso-
res sanctos / hec fuit differentia. **N**am
qui scripserunt multa ad fidei illumina-

tionem / et magna scientia et doctrina pol-
lebant / pauciora aut quasi nulla fecerunt
miracula. precipue in vita. quia habebāt
probationē sanctitatis / in eminentia do-
ctrine. **S**ic augustin⁹ gregori⁹ et similes.
Unde cum in canonisatione sancti Tho-
me de aquino opponeret / q; nō fecerat mi-
racula in vita / vel non multa. dictum fuit
per papam / nō esse curandū. **N**am tot mi-
racula fecit quot questiones determina-
uit. **A**lia quoq; inter confessores diffe-
rentia fuit. **N**am aliqui vixerunt in here-
mo in asperitate vite pseuerātes in pugna
contra vitia et temptaciones. elongati a cō-
uersatione hominū vsq; ad mortem. **D**i-
quā oderunt patrē et matrē. possessiones
et. et secun. sunt xpm. portantes crucem p
abnegationē sui et suozum iuxta euange-
lium / sufficit eis pro sanctitatis testimo-
nio verbū xpi. **S**ic et paulus primus he-
remita (respectu cuius Anthonius clama-
uit se solū monachi gerere nomen) nullus
legitur fecisse miraculū. **L**orius autē por-
tabat sibi quotidie panem p diuinā dispē-
sationem. sicut et **D**elie. **E**t ne in tam la-
ta materia diu immoret. tam martyres q; **B**
confessores. viri et mulieres / fecerunt et fa-
ciunt miracula / multas ob causas. vt scilicet
predicatio eozū et nomen **I**hu xpi in
quo tm̄ est salus / efficac probaretur. **S**ic
petrus claudū et per illū octo milia iudeo-
rum sanauit. illos in anima. istos in cor-
pore et anima. **S**ic et ceteri apli nō ad oñ-
sionem sue sanctitatis. sed ad exaltationē
nominis xpi. **A**liquādo ne predicatio
propter ministros contēnatur. eo q; inter
homines cōmuniter viuunt. sanctitatisq;
alia testimonia nō habent / ex doctrinarū
excellētia. sicut **N**icolaus. martinus. cete-
riq; pastores sancti. in populo conuersan-
tes. **A**liquādo ad cōfirmationē xpiano
rum nōdum plene in fide fixoꝝ. quia de fa-
cili abscederēt. vel saltem in fide errarent.
Aliquādo in certis mundi partib; ma-
iora et plura fiebant miracula. **T**um ppter
loci vel hominū qualitātē. q; ceteris paga-
nis et infidelib; erant p̄p̄inqui. et sic p cōse-
quens difficili⁹ inducēdi ad fidem et pro-
cliuiores ad recessus. aut q; ex paganis p-
pagari et sic paternas vsuetudines difficil-
lime reliquissent / nisi crebris signis robo-
rati essent. vel ppter eozū stoliditatē et rui-
ditatem. tam in morib; q; ingenijs ac sen-

Contra impugnātes carthusien.

sibus. vel alias innumeras cōditōes deo notas. **A**lij fecerunt signa in vita et faciunt. nec tamē ob hoc sanctiores imo peiores et damnabiliores (etiam euāgelio teste) sunt et fuerunt. Multi dicēt mihi ait xps. Domine nōne in nomie tuo pphetauim⁹ et demonia eiecim⁹. virtutes multas fecimus. Tunc rēdebo illis Amen dico vobis nescio vos vnde sitis. **D**iscēdit a me omnes oparij iniquitatis. Sic iudas traditor fecit signa. quia cū ceteris potestare accepit eijciēdo demonia et. Qui et reuerrebant gaudētes. **E**cce inquit xpo. **A**nā demonia in nomie tuo subijciunt nobis. **S**ed veritas eterna/nō esse in miraculis gloriandū ait. Nolite in hoc gaudere. In quo ergo magister bone/tuis electis ē gaudendū. Gaudete qz nomia vestra scripta sunt in celis. Unde iudas pditor/et filij iudeoz/et vsqz hodie multi eijciunt demones/cū tamē sint demoniacis forte deteriorēs. **S**ed vt xps ostendat nomis sui virtutē/et sacroz verborū que illi pferunt efficaciam. vel vt deuorariū precū in humilitate oblatarij erauditōrē se monstrat/hec fieri sinit. vel vt sanctorū suoz magnificet nomen et gloriā. in quoz ecclesijs vel corā quoz reliquijs/ista fiunt. vel alijs de causis sibi nonis. **N**on ergo appetēda sunt miracula que cū malis habent cōmunia. **M**iracula sanctū ostendūt. nō aut faciūt. **U**bi ergo nō est necesse ad confirmationē fidei. vel vbi hoies essent ingrati. vel vbi emendatio vite et dei gloria nō subsequit. aut vbi sancti ex testimonio sacre scripture. austeritate vite cū sancta cōuersatione. tpaliū abrenūciatōe. xpi imitatione. sine alia causa fm deū eozū sanctitas nota est. ibi (vt pmissi) miracula p homines expetere supfluum videtur. **S**i vero deus faciat miracula absolute. ipse nouit quare. cū etiam quotidie eius mirabilibz plena est terra. **P**robatio aut sanctitatis p miracula tm/plurimū est suspecta. quia (vt supra dictū est) malis sunt cōmuniā. et multa nō xpiane sed magice artis ostentamēta sunt que a simplicibz quasi sanctitatis miracula acceptant. **D**einde notandū qz in legis tpe/p moysen fiebant signa ingentia. quibus magi quidā per incantationes fecerunt similia. **D**ecem plagis/terra egipti fuit attrita. **V**irga/moyses diuisit maria. eduxit aquas de petra. **D**ominus populo

tatem realem et essentialem rei facte ad fa-
ctorem. ut manichei blasphemant. dicen-
tes animam esse partem a deo decisam per
actionem principis tenebrarum. **S**ed vi-
ta erat / per idealem et viuificam / exempla-
rem seu archetipam cognitionem et virtu-
tem producendi efficacissimam. longe ex-
cellentius. longe ineffabilius / quam in ipsa me-
te artificis / domus fabricanda vel imago
pingenda / existat et suo modo viuat. **Q**uid
vero sint huiusmodi idee. et qualis sit earum
distinctio / non est hic disputandi locus.

Multe doctorum traditiones in unam veritatem (si bene capiantur) reducibiles super prime sententiarum distinctione habentur.

Ad hoc igitur esse ideale illud recte perhibetur egredi/ quicquid fit extrinsecus in esse suo reali. regredi autem non nisi creature reali proprie datur est. quatenus velut Boetius/ omnia in suum regredi principium velut si flumina unde exeunt revertantur **Eccles. i.** Et quibus? Quia reperit proprios quos recur? reditus suo singula gaudet. Nec manet ulli traditus ordo/ nisi quod fini iunxerit ortum. stabilemque sui fecerit orbem. li. iij. **Petro. ij.** Hoc fit. dum motus inditos nature sue/ custodiunt. dumque vices indulgas pagunt. agendo patiendo monendoque

Auero quantum tibi est creationis egressus excellentior (o rationalis spiritus) tanto regressus tuus ad deum/ est quanto a reliquis omnibus a perfectione differentior. Tu ne personalis spiritus sicut capax et princeps dei solus factus es per intelligentiam atque rationem. hinc ad imaginem dei et similitudinem factus affirmaris. **Beati. i.** Sic soli tibi ad deum regredi concessum est/ per cognitionem et amorem. Diriguntur cetera in curibus suis et ab agere infallibili. sicut si videns aliquis/ cecum ducat ut dicit auctoris. Tu sola/ videns videntem insequeris Tu sola/ cognitivine ad principium tuum regrederis. ut fias unum ens cum divina essentia. tertia prelibelli de ornatu spiritualium nuptiarum. Anima inquit contemplativa ita coniungitur deo/ ut fiat ipsum illud esse vitale et ideale quod eternaliter in deo prehabuit. Quem errorem/ una nuper epistola a me edita coarguit. Uelim propterea comonuisse ut de hac materia caute legatur. **Bern.** ad fratres de monte dei li. ij. **C**eterum anima humana precipue illa est inter omnes rationales spiritus/ que non solum regredi ad deum sed omnia alia in eum referre debet. Propterea enim ipsa corpori coniuncta et in imis certis ligata. secundum **Platonicos.** Propterea necum duplicis mundi/ tamen spiritualis que corporalis/ operatur. quasi duas illas catenas causarum/ auream et argenteam/ nectens Denique idcirco in orizonte duplicis mundi statuitur facies sua. per divinum theologum/ et elevati metaphisici edocuerunt. quatenus per ipsam ea omnia referrent in deum cognoscendo et utendo/ que ab eo egressa sunt in creando. **Hinc dixerunt Arist.** i. politici.

et platonici/ omnia propter hominem. ipsius vero propter deum factum esse. **Hinc** resurrectionis future necessitas concluditur. Alioquin naturalis instituti finis/ frustra esset. **Sed** de his alibi. **Demum** perspicuum est/ eos solos propria appellatione homines dici debere qui boni sunt et ad deum omnia referunt. **Hunc** ad christum redeo. Omnia enim regressum hunc per intelligentiam ad deum et usum/ anima eius perfectissimis modis exercuit. dum seipsum et rem quamlibet alteram/ sola per excellentiam in dei gloria laudando amoremque reduxit. **Hinc** apertissima ratione. dixit evangelista noster de christo. quod a deo exiit et ad deum vadit. **Exiit** dico secundum animam per creationis emanationem/ et ad deum vadit per sui et aliorum omnium/ in deum revolutionem intelligibilem. **Et** sicut omnia a deo quodammodo accepit in sua creatione/ dum propterea facta sunt omnia/ sic omnia refert in deum directiue proportionabiliter satis ad primum exitum et reditum eternalem. **Ad** hunc finem olim egressus fuerat adam a deo in sui primaria creatione ut ad deum regrederetur per speculationem et amorem. **Sed** ve peccato. homo cum in honore esset non intellexit. comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. **Sequimur** eum nos bestiales effecti. vitam pecudum eligentes. qui declinamus animam iugiter ad terrena demittimus. quod porcino more versi ad infima vultibus adheremus. **Uor** est talium. Adhæsit i terra venter noster. et iterum. Adhæsit pavimento anima mea. et rursus. Infusus sum in limo. profundum. **Hic** exclamat satiricus. **O**curvas in terra animas et celestium inanes. **Quis** suavior vox atque iocundior regredientis ad deum et gratias agentis/ quod de tenebris vocavit nos deus? in admirabile lumen suum/ cuius figuram gessit **Petrus**/ a vinculis ferreis et carcere tetro liberatus. et e ductus de custodia ad confitendum nomen domini. **Vere** vincula ferrea cupiditatis nostre. **Vere** carcerem tenebrosum horridum squalidum et sceuosum esse sordidum desiderium cordis nostri. et anima talibus immersa/ quando poterit liberis intelligentie alis ad alta subuehi ipsa ad deum regredi quando valebit. **Hoc** itaque fieri est impossibile nisi in manu forti et brachio extento illius qui eduxit vincetos in fortitudine. quod de stercore erigit pauperem ut sedeat cum

Sermo in cena domini

principibus. Qui contriuit portas creas
et vectes ferreos confregit. Hoc solo aucto
reficit anima a deo exiit/sic ad deum va
dit. Quod donum hoc exercitibus se ad ip
sum et non nisi talibus/de lege comuni p/
stetur. Epilogantes ergo concludamus
quod est vnus christi exitus a deo p/ eternam
generatiōem et habet suum regressum per
spūs spiratiōem. scōdo p/ humanitatis assū
ptionem. habet suum regressum p/ corpo
ris glorificatiōem. tertio p/ anime creatio
nem. habet suum regressum p/ cōtēplatiōez

S **P**ost sensum litteralem/theologica
lem et methaphysicalem/sup est vt
thema nostrum pferim primā ei
ptem/ad nos mores quoq; nostros trans
feramus. Et dicam quod duplex est moralis
exitus anime a deo. Vnus pessimus p/ su
perbiam. Alius optimus p/ humilitatem.
Per superbiam exisse legitur filius ille p/
digus in regionem longinquam. Lu. xv.
Quo exierunt Adam et Layn Gen. iij. et
iij. Quomodo egrediuntur foras illi q; ima
vident et loquuntur in idipm scz cōtra deū.
qualiter exierunt et exiūt. Discedite a me
maledicti in ignem eternum. Math. xv.
Longinquus valde et pestiferus hic exitus
quia longe a peccatoribus salus. Exitus iste
a deo non est. sed sup deum. sue voluntati
ppriam anteponendo. ideo dicitur elatio.
Testis est ille qui est rex sup omnes filios
superbie Job. iij. Qui extollitur et erit su
per omne quod dicitur deus. ij. ad Thesal. ij.
Taliter egrediens foras euanescit vt fumus
nec regreditur sicut coruus. nisi forte p/ im
patientiam et rabidam obstinati odij latria
tionem. loquatur in idipm in deum videli
cet. et dentibus suis in eum fremat et tabe
scat. Est p/terea exitus bonus a deo p/ hu
militatem. sed sub deum. et rursus ad deū.
Non quidem locali distantia. nam q; ibit
homo a spiritu tuo domine. et quo a facie
tua fugiet. Si ascenderit in celum tu illic
es et. Sed fit exitus iste ppria quadam re
putatione et intelligentia. quando aia ex cō
sideratiōe intima diuine immensitatis/ re
silit in paruitatem suam. et se ad se contra
hit et loco cedit. put ad aspectum magni a
licuius principis/paupercul? seruus aut
damnatus experitur. Hoc suo mō aia. i. r/
mitatis pprie imo cuiusdam nihilicitatis cō
scia/ ad cognitionem p/ sentie diuinitatis
mmense horrescit. stupet pallet contremi

scit. intratq; fugiens a se velut in quādam
desertam omnis imperfectiōis egestatis sue
regionem. quō intrauerat aug? qui dixit i
libro cōfessionū. Et factus sum mihi in
regio egestatis. Nonne tibi petrus mira
culi stupore in captura piscium attonitus
sic exire dominū voluisse visus est. Exi in
quit a me domine quia peccator sum. Lu. v.
Sic hodie manum xpi beatam/ volentes
pedes eius ad lauandum tangere/ ipse re
fugit dicēs Dūc tu mihi lauas pedes. Ve
lut si verbum p/ dictum repeteret. Exi a me
domine. non lauabis mihi pedes in eter
num. **S** **D** sup admirabilem hunc humili
tatis exitum. Felix anima que taliter exit a
deo. quia nunq; rectori via ad deum vadit.
nam correlatiua sunt et omnimode se ha
bentia idem exitus iste a deo et ad cūdez
regressus. Sic vallis descensus et montis
ascensus. Vtior si non ita se consequi te
stata sit veritas. qui se humiliat ait exalta
bitur. Lu. ix. et xvij. Hinc Aug? ait i epla
quadam ad dioscor. Non aliam tibi inq; te
ad capessendam et obtinendam veritatis
viam inuenies q; que inuenta est ab illo q;
gressum nostrorū tanq; deus vidit in fir
mitatem. Prima est humilitas. scōda est hu
militas. tertia est humilitas. Quoties hoc
interrogaueris/ hoc dicam. Bonum est
nos hic esse (o deuoti patres ac sapiētis vi
ri) bonum est de humilitatis exitu sermo
nem audire. De qua vtiā cum humili
tate et vt res digna erat loqui posset/ arro
gans et stulta p/ sumptio cordis mei. Naz
quale monstrū est/ quale sacrilegium. ver
miculum de humilitate loquentem. et ideo exi
supbire quia laudat humilitatem. et ideo exi
re a deo supra deum male p/ superbiam. qā
suadet ab eodem sub eodem exire p/ humi
litem. Quis hoc gredere. si non quia toti
ens expertum est. Sed inter laudandum
humilitatem/ surrepit supbia dum valde
detestari queritur. Ipa quando non intro
ibit. quando non castra cordis nostri sub
dola machinatione penetrabit. Ne ve fi
lijs adam/ ab hac terrificā pernicie. **S** **S**
ad humilitatem redeo. ad cuius p/ conium/
tria miracula eius supra modum mirabi
lia. triplex notificabit consideratio. Recte
quidam de beato humilitatis exitu/ totū
huius collationis reliquum contexerunt.
vt alias pollicitus sum ostensurum. Exi
tulo humilitatis/ ius tradi humilibus ad

omnia conantur possidenda / non quidem
 civili lege sed diuina. Nam et misterium non
 dicam diei huius solius / sed totius passio-
 nis dominice / quid aliud principaliter elo-
 quitur / quam imitande humilitatis exemplum?
 Propter quod saluator noster / carnem sume-
 re hoc est a deo exire et crucem subire volu-
 it. ut oratio dicat ecclesie. **O**b hanc denique
 humilitatem / concludit presens euangelium:
 Exemplum enim dedi vobis / ita et vos faciatis.

Tria humilitatis exempla sumemus / scilicet
 tres vires anime. irascibilem rationalem con-
 cupiscibilem. Et tres virtutes theologicas
 fidem spem et charitatem. Et tria diuinis
 personis attributa sapientiam potentiam et
 bonitatem. Et iuxta tres status ecclesie pre-
 latos doctores religiosos. Et scilicet tres scri-
 pturę auctoritates. Prima humilem spiri-
 tu suscipiet gloria. Prover. xix. Secunda au-
 ctoritas. vbi humilitas ibi sapientia. Pro-
 uer. xi. Tertia. Deus superbis resistit. humi-
 libus autem dat gratiam. Jacobi. iij.

Prima consideratio

Humiles spiritu / suscipiet gloria. itaque hu-
 militas vera. nam est qui se nequiter humi-
 liat. **E**ccli. xix. Vera inquam humilitas / dum
 feliciter exit a summa potentia et gloria et ma-
 gnificentissima maiestate dei / in suam im-
 potentiam ignominiam et seruitutem in-
 tuendam sentiendam et efficitur potentis-
 sima et gloriosissima et patrie liberrima atque
 monarchica super omnia. **V**ultis audire res
 illam accipite. Perhibet Seneca / quod facil-
 ad diuitias per contemptum via. Itaque dici-
 mus de potentia et gloria et reliquis que mun-
 dus offert. et que contemnendo fieri nostra
 testatur Ambrosius. Unde vero melius quam per hu-
 militatis egressum a deo / contemptus iste
 generatur. quoniam in compactione diuinitatis /
 perspicue cernitur quod vanitas vanitatum et om-
 nia vanitas. omnia mendacium? Quidni li-
 beat exclamare cum propheta filij hominum vsque /
 quo graui corde ut quid diligitis vanita-
 tem et queritis mendacium? Quidni preterea
 contempta vanitate et mendacio / faciat hec
 sublimissima humilitas / hec ditissima paup-
 tas / solum deum / gloriam suam. potentiam suam
 opulentiam suam. et hanc arbitratum esse per
 tem suam hereditatem preclaram / et portio-
 nem vbertinam in terra viuentium cum il-
 lo qui dicebat. Pars mea deus in eternum

Et in gallico sonantius dicit. **E**st gratide
 portion et bona gratia. Porro quid ad ista
 conuenientius / quam ut hec humilitas sit glo-
 riosissima / cuius gloria solus deus est. **H**ec
 vilificatio sit nobilissima / hec abiectio vbi
 quam famatissima. quod deus / fama sua nunquam ab-
 est. ut hec denique impotentia / hec seruitus /
 summa sit potentia imo omnipotentia. si-
 magis libertas? **D**ia possum inquit ap-
 lus in eo qui me confortat christus ad phil. iij.

Videat qui potest quanta sit ex aduerso omni-
 nis superbe vanitatis. egestas impotentia et
 vilitas. Nam qua ratione repletur vanitas
 fatiaret egestas. dicitur abiectio. consoli-
 daret infirmitas. **A**ttamen quid aliud sunt
 hec omnia nisi vanitas vanitatum et omnia
 vanitas et afflictio spiritus? **E**x his perspicu-
 um est quo pacto vim irascibilem cuius est
 in ardua tendere / perficit hic beatus humi-
 litatis exitus a deo. ex desperatione sui totali
 summam de christo spem gerendo. et ita se-
 cundum omnes alias suas virtutes / quas e-
 numerat Guibelmus parisiensis. reliquas.
Ponit itaque humilitas hec / solum deum spem
 suam fortitudinem protectionem magnifi-
 centiam. et ita de ceteris. Propterea fiden-
 ter ait. Dominus preceptor vite mee a quo tre-
 pidabo? Etenim quo rueret. quomodo muta-
 ret aliud amplius quid conari posset. que
 profundissima stabilitate / immobilitati pe-
 nitus adhereret? **Q**uid eam aduersum viola-
 ret que altissimum posuit refugium suum in
 firmissimo habitaculo tuo quod operatus es
 domine? **Q**uo fugeret alibi? **Q**uid aliud
 speraret? **Q**uam obrem in remedijs humane i-
 stabilitatis et incertitudine casuum tam
 horrendorum percellis / figit nauem cordis
 immobiliter velut ancora quedam spiritu-
 alis et intelligibilis. Denique non ponit car-
 nem brachium suum ut superbia. que spe-
 rat in multitudine diuitiarum suarum. vel
 temporalium vel spiritualium. et preualet in
 vanitate sua. **H**ec idcirco sibi cauet ab om-
 ni excellentia nimia. ab omni quoque defe-
 ctu. ut ne extollatur presumptione / nec fra-
 gatur desperatione non obstinetur obstina-
 tione nec dissoluatur enerui mollicie / que
 admodum de his et alijs in omni materia
 virtutis si vacaret / fieri posset manifestum
 si qualiter ardua mediocritate via regia se-
 incedit doceremus. **S**ed ad dominan-
 tissimum eius imperium venio **Q**uid enim
 est rebus dominari (prout alias persecutus
 DD:

Sermo in cena domini

sum latius) quid enim est dominari rebus
iis nisi eis vi posse iuste placuerit. Hoc
autem conuenit humilitati. omnia quippe
assumit in sui facultatem et usum. dum propter
deum se et omnia alia contemnenda decre-
uit. Quo contemptu satiatur amplius (ne
nos irrideant pharisei auari hec audieret)
et copiosius absque ulla operatione contenta-
tur. quod et nuda possessione civilis tituli. quasi
super extendentia inhiante ad quascumque di-
uitias. aut eas pro amore amplectente. aut
eis incubante ac menterentus inherente di-
raretur. Sic de carbone preclare dictum est
a salustio. quod quo plus gloriarum fugiebat eo
magis assequeretur. Ita proculdubio de di-
uitiis. ita de potentia seculi. ita de umbrati-
li quolibet bono huius mundi sentire equum
est. **Q**uale igitur quodrumque humilita-
tis dominium habere omnia sub pedibus/
per generosum contemptum. Omnis locus
que calcauerit pes vester. id est affectio. vester
erit inquit dominus Deutero. xi. Quia latius im-
perium. nihil aliud a deo magnipendere. vel
a nullis subiecti neque conculari. Hoc nonne
est signum magnum apparens in celo in-
relegibili et summo anime rationalis. **M**u-
lier scilicet humilitas amicta sole iusticie. **H**anc
quid iustius humilitate. que omnem im-
plet iusticiam. gl. **M**atth. iij. **I**n capite ei
corona stellarum duodecim. omni scilicet fulgo-
re virtutum radians perfectio. et luna totius
humilitatis sub pedibus eius hoc est sub
affectioibus pro contemptu. **H**ec est ditissi-
ma humilitas que docuit paulum scire abun-
dare et scire penuriam pati. habere omnia et a-
bundare in omnibus. ad **P**hil. iij. **Q**uia
si nihil habentem et omnia possidentem.
ij. ad **C**or. vi. **H**ec exaltauit christus summe hu-
ilitatum in passione. et dedit illi nomen quod
est super omne nomen ut in nomine Jesu
flectatur etc. ad **P**hil. iij. **E**cce dominatio-
nem omnium pro humilitate. Proinde si
hec iure suo possidet regnum celorum sicut et
possidet. quoniam iporum est regnum celorum. **M**atth.
v. quid a dominatione sua relinquet alie-
num. Denique ad eius obsequium militat om-
nia. seruiunt. profunt. obsequuntur. **A**dversa
quidem. ut blasphemie/inuicie/persecutio/
neces/necessitates/angustie. ad exercitium et
tutelam. ad medicinam quoque ac necessari-
am custodiam. **P**rosperis vero vitur ad
modestam sobriamque consolationem. **H**ic
amplius. militat pro sui hostes fortissi-

mi. nam ex peccatis redditur cautior firmi-
or atque validior. imo vide miraculorum. ipsa
enim ex morte propria renouiscit sepius forti-
orque resurgit. **N**am quis neget magnam esse
humilitatis recuperande rationem/humili-
tatem perdidisse. **Q**uia enim oritur ex suo con-
trario quod est superbia non minori miraculo
quam si frigiditatem calorem gignat. **H**umilita-
tis quippe non parua est occasio/anima
contra deum suum/benefactorem suum/propter
suum dominum creatorem redemptorem super-
bisse. **S**imilia vere non miracula sed por-
tentuosa monstra/demon in filia sua super-
bia crebrius operatur. quod ex morte propria et ex
humilitate contraria et ex sortibus et aduer-
sis sibi virtutibus pulcherrimis dum stulte
te gloriatur fedissimam trahit originem. **A**d
vnum igitur dicere est quod superbe exitus
a deo supra deum sicut egenissimus est ac
que pauperimus in vilitate pauperis. **D**ia-
mirum conuertuntur in suam inopiam et
destructionem. notatur. **S**apie. iij. **S**ic mil-
to plus beatus ille humilitatis exitus a deo
sub deum/opulentissimus est/ditissimus
est/dominantissimus est in summo domi-
nitionis. quoniam omnia sibi cooperan-
tur in bonum. mors. egestas. contumelia. im-
mo et angelus sathane et diaboli omnes cum
stimulis et tentationibus suis. **P**aulus et
Job huius rei testes sunt. **P**eccata in super-
et cetera pestes aduerse/seruiunt ei et tyria-
cam sibi eff. cacissimam conficiendo. que
admodum testatur **A**ugustinus qui mihi
non credit quod expedit superbos in turpia quod
que peccata corrumpere. **H**ac arte dominandi fa-
cit ipsa de omnibus sicut de obsequiosis ser-
uitoribus spectum suum sicut et regione su-
perbia damnum adquirat ex omnibus. cuius
oratio etiam fit in peccatum. **C**haritas
in odium. virtutis laus in opprobrium. dum
post hec omnia/erit a deo ingratiissima pro-
fus elatione supra deum. **P**ostremo hu-
militas suo modo est ambiciosissima cupi-
dissima maximi cordis et altissimi spiritus.
Turba. **Q**uoniam indignatur impleri nisi
summo honore. nisi summis diuitiis. nisi
si maxima gloria. **S**uperbia vero ut pu-
silli cordis et puerilis et stulti/paruissimis
inhiat capitur afficitur et verata torquet.
Nunc ad statum prelationis qui poten-
tie dei correspondenter ordinatur in eccle-
siastica hierachia/applicem que dicta sunt
et inferamus quod absque humilitatis exitu in

sue paruitatis recognitionem actualis vel habituales non potest quis platus habere euangelici dominij perfectionem. Itaque peruersus et diabolicus non ordo sed horroz dicendus est in ecclesia. ubi est sublimior quod et superbior. ubi qui maior est non sit sicut minor. Quod ita fiat aliquando vel ad subditorum punitionem Job. xxxij. Qui regnare facit hipocritam. propter peccata populi qualia nunchorrenda sunt et abominanda sit praeter quod credi potest. Aut ad presidentis damnationem sicut in iuda et multis apparuit. et illis qui subditis incorrigibilibus praesunt ad vitiorumque exitium. vel ad contemptuorum exonerationem ne talibus viliis occupentur. Ita habemus quod pelles tabernaculi pregebant archam testamenti. Est autem triplex signum in prelato sue humilitatis. Fuga plationis. fuga positatis. cura spiritualis. Primum signum fuga plationis dat preparationem animi promptissimam ad cedendum sue plationi. si et quando fuerit pro grege conueniens quia dixit ex animo dum institueretur nolens volo Oppositum sentire corde ore et opere est in plato damnabilis supbia. et eo damnabilior si nec aduersariis nec infamis nec aliorum consiliis nec subditorum scandalis a plationis amato onere positum auelli. Vere ab hoc signo supbie. Mirandum si remoto fundamento huius ecclesie stitici. parietes fluuiosis riuibusque deficiunt volumus illos consolidare et vniuerse humilitatis fundamentum iaciamus. Secundum signum humilitatis est fuga positatis in se et suis. Oppositum facere est damnabilis supbia. quod tunc sub honestatis specie aut ecclesie utilitate pallietur. Sed medium inquit optimum est. contentio. At quale medium? Arte non ut phariseice desipiens sapientia animali terrena et diabolica. sed ut christiane sapiens determinabit. Tertio signo cure spiritualitatis opponitur tota cura et occupatio in paruis et ludicris et temporalibus seu lucris seu iurisdictionibus et practicoz sola promotio atque spiritualium quoque horroz et desertio. Nunc ad statum doctorum qui secundum canonem est quasi precipuus in ecclesia et ad sapientiam diuinam correspondeter ordinatur applicemus que dicta sunt. Apud doctores presertim in sacris litteris ille sapientior est qui pluri humilitatis sale id est sapore sapientiam suam condiderit. Non di-

co pluri cognitione sed sapore. Quod si sapor sit quedam cognitio. Hoc dixisse fertur ptolemus quod sapientior est qui et humilior. Huic humilitati aduersaria signa. curiositas. singularitas. impatientia vel incorrigibilitas. Curiositas est dimissis utilibus et edificatorijs pro se et populo contere ingenium perdere tempus i eis in quibus non est bonum neque finis. sicut de mathematicis dicit Aresto. Aut quorum finis solum est scire ut ait Seneca. Aut forsitan supbire vanescere et de ingenio alto et subtili per ceteris gloriari. Hoc agere signum est instinctus diabolici aut nature corrupte. et ibi ceciderunt omnes quos sub specie reuelationum et instinctum diuinorum seduxit sathanas. transfigurans se in angelum lucis. Sane dum hinc inde multa legi multa cogitavi multa audiui et quedam expertus sum super distinctione inter bonos instinctus et malos. inter diuinas reuelationes et diabolicas illusiones. Denique inter bonas reuelationes et immisiones per angelos malos. hanc in veritate comperi precipuam distinctionem et indefectibile signum. quod instinctus bonus semper est ad humilitatem et cum humilitate. Dulce vero ad vanitatem quandam et cum vanitate ad ipsam excellentiam. palam vel occulte. Qualiter autem curiositas sciendi inutilis vanitate careat. viderint curiosi. etiam quo pacto absque tumida elatione spiritus possit aliquis gesta legendas historias et miracula sanctorum nihil pendere. ego non intelligo. quorum lectio maxime ardens est et humiles ad imitationem potenter inflamans. Porro singularitas. Secundum signum superbie in doctis. aut de nouis et inauditis et peregrinis ad inuentionibus. immo habet hoc mirandum singularitas quod ex superbia generat pigritiam silentium obstinatum pusillanimitatem. dum videt se non posse ceteros in loquendo vel docendo precellere. Hec est mater errorum et dicitur ambulandi in aduentionibus suis. Denique impatientia vel incorrigibilitas tertium signum superbie ponitur a sapiente. Doctrina inquit viri per patientiam cognoscitur. Errare quidem humanum est. sed plane diabolicum corrigentibus succensere nec acquiescere. Nunc ad religiosos et deuotos quales decet esse christianos omnes qui sunt professi in baptismo sub vno abbate christo. quorum status respicit appropriata.

Sermo factus in cena domini.

Triplex signū humilitatis

Spiritus sancti bonitatem. inducamus que dicimus. et inferamus. In christiana religione ille sanctior est qui et humilior. et humilior qui sanctior. **H**uius humilitatis triplex signum est. confessio. compassio. et voluntaria sui deiectio. De reliquis videatur deuotus Bernardus de duodecim gradibus humilitatis et superbie. Confessionem ideo posui pro signo humilitatis. quia vix temporibus nostris fit aliqua confessio pure nude et integre. **U**t quid ita? Certe propter hipocrisim et amorem. vanissime fame nostre que timorem mundanum parit et pudorem talem quidem et ita tyrannicum. vt cogitare sit ingens horror. **U**e precipitantibus et volutantibus semetipsos in passiones ignominie. in flagicia corporis extraordinaria. quia claudunt sepius os ad confessionem. et muti tendunt ad infernum. Nam et zodoma interpretatur muta. Audiri a quibusdam quod maluisse tollerare dolores partus. vel mortis eterne periculo se exponere. quod aliqua de suis pudendis impudicijs confiteri. non ob defectum fidei et credulitatis sacramenti (vt dicebat) sed quia tanto pudore vererentur. ne salubriter loquerentur coram vno secretissimo sacerdote. que ipsi damnabiliter et quasi palam impudenter operabantur. cum alijs nihil celare scientibus. **C**eterum compassio de peccatis aliorum. certissimum est humilitatis vere signum. sicut econtra prius est superborum alijs indignari. **V**era iusticia inquit Gregorius compassione habet falsa indignationem. **S**i quis audit vel cognoscit aliorum peccata multa vel magna et inde precatur vindictam. aut gaudet de inflicta. non secure precatur neque gaudet. quoniam reuersus cognoscere debet se multa punitione dignissima commisisse. quibus tamen petit indulgeri non irasci. **S**ic egit sanctus pater qui audiens peccatum fratris fleuit et dixit. Ille heri. ego bodie. **I**dcirco. vis aptam meritis. vicem impendere (inquit Boetius) Dilige iure bonos et miserere malis. **N**ouissime subiectionem seu deiectionem posuimus tertium humilitatis signum. Nam vere humilis est. qui ex vera sui cognitione sibi vilescit. **D**ic se diuinis gratis indignum comparat. **D**ic laudes bovet. proprias veluti insidiatrices /

tollere volentes ipsum in altum / vt lapsu grauiore ruat. **P**ropterea deiecit se iugiter in terram sue fragilitatis. prout de anteo gigante fingit fabula. cui ex casu suo in terram vires augebantur. sed in sublime leuatus / ab hercule strangulatus est. **D**ic se in omnem creaturam dei peccasse fateatur. in celum et terram et omnia que in eis sunt. **N**ullam ergo flagellationem ab eis reiecit nullam lesionem. iniuriam nullam. **D**ic denique iudicia dei magna et occulta velut timentes super se fluctus et pauescit. **A**tten-des quomodo nec fortium bellum. nec artificum gratia. et quod de cathenis et carcere trahitur quis ad regnum etc. et quod nemo scit an amore vel odio dignus sit. **E**cclisia stes. ix. **A**d hec alta et longe diuiniora vere humilitatis monita capienda / plus proficit vnctio quam lectio. oratio quam peroratio. alta suspiria quam acuta ingenia. et super omnia frequens fidelis et pia commemoratio passionis christi. **Q**ui a deo exiit in mundum vt eam in schola sua doceret. et hodie dum regredi vult ad patrem / verbo simul et facto confirmauit. // **A**d hoc enim lauit pedes discipulorum et dixit. **E**xemplum enim etc. huius humilitatis nos particeps volens.

Secunda considera.

Ubi humilitas / ibi sapientia. **P**rouerb. x. Anima quippe rationalis / exiens a diuina sapientia in suam insipientiam sapide cognoscendam / sibi vniuersa stulta redditur / ac perinde diuinam illam sapientiam adipiscitur. quam iubet apertus. i. ad **Loz. iij.** **S**i quis inter vos videtur sapiens esse stultus fiat vt sit sapiens. **H**anc veram sapientiam dicit lactantius non alidi querendam esse / quam in schola cui titulus est stulticia. **I**ta pater. quoniam sic placitum est apud te ait christus. **Q**uis dabit nobis hanc stultam sapientiam? **U**e filijs hominum qui sapientes sunt in oculis suis. et coram semetipsis prudentes. quia quanto magis sapientiam quesierint. tanto ipsa longius fiet ab eis. **E**t profecto nisi fiant paruuli. nisi crediderint captiuando omnem intellectum in obsequium fidei / ipsi non intelligent. **D**istium ad sapientiam veram / christus est. et idem sane humile. turgidus et elatus spiri

Z

tus illud quando poterit introire? Atten-
damus obsecro quātulum illud est q̄ extra
deum egredientes/scire conamur. **U**-
derunt hec philosophi Plato et Socra-
tes: et omnis academicoꝝ schola. qui p̄
q̄ defecerunt scrutantes scrutinio / vocem
hanc suspirauerunt. hoc scio q̄ nescio / imo
nec hoc scio q̄ nescio. Bonus erat talis ex
itus in insipientiam suam cognoscendam
si non supra deum exeuntes / euauissent i
cogitationib⁹ suis. etsi a deo sub deo egres-
si / redissent in idipsum. deum vt deum glo-
rificantes et gratias agētes. qui scientiā
dominus est. et docet hominem scientiam
īpi non ita. **A**st verus humilis / in se qui-
dem stultus. deum constituit sapientiā su-
am. consilium suum. et dum profundissi-
me concuatur. recipit in seipso velut in cē-
tro quodam speculi concaui intelligibili-
ter radios incidentis illustrationum su-
pernarum. tam dei qui humilia respicit. q̄
aliquando intelligentiarum desuper efful-
gentium. a quibus illuminatur mirabili-
ter. sicut a montibus eternis. **H**ec intel-
lige non q̄ verus humilis querat solū du-
ci per reuelationes spirituales / contempla-
tione naturaliter indita sibi seorsum hec
presumptio. sed eādē rationem plurimū
obscuram et nubilosam ac proinde in erro-
rem quemlibet promptissimam / petit ter-
gi mandari poliriq̄ / vt in lumine hoc vul-
tus dei signato super eam / ostendantur bo-
na sibi. **P**reterea sensum alienum presert
suo / non innitens prudentie sue. **E**xinde
cauet sibi ab illusionē demonis meridiani
transfigurantis se in angelum lucis. q̄ nō
aliter q̄ per hanc credendi alijs humilita-
tem / exuffatur. **N**on omnes aliter laquei
sui / teste oraculo ad anthonium euadūt
Deniq̄ videre est in hoc humilitatis ex-
itu / precipue in christo / stupēda diuine stul-
ticie miracula. **N**az de peccato damnauit
peccatum. et de infamia famam. **D**e ludī-
brio et ignobilitate / gloriosam inobilitatē
progeniuit. **P**lacuit insuper per stulticiam
predicationis destruere omnem scientiam
extollentem se contra deum. **N**am contra
scandalum iudeorum / irrisionem gentiū
astuciā demonum / atrocitatem tyranorū
reclamantibus vndiq̄ magno boatu phi-
losophis. imo prop̄rijs sensibus. docuit p

mulos simplices / ea que doctus plato ne-
sciuit. que demostenes eloquens ignorauit.
et sic docuit q̄ nihil certius teneatur q̄
q̄ humili fidei stulticia creditur

Tertia cōsideratio

Deus superbis resistit humilibus autem
dat gratiam Jacobi. iij. **A**d quem respi-
ciam ait dominus / nisi ad pauperculum et
contritum spiritu et trementem sermones
meos: ysai. lvi. **I**taq̄ anima quantum
erit a diuina bonitate et perfectione in su-
am vilitatem deiectionem et imperfectio-
nem. tanto est perfectior. **H**oli mirari hec.
quia diuinis gratijs et donis eo est pleni-
or / tanq̄ vallis abundans frumento virtu-
tum. tanq̄ intelligibilis quedam abissus
fluenta sorbens aquarum viuētium. q̄si
vacuum quoddam spirituale / ad quod re-
plendum cōfluunt omnia. nec implere suf-
ficiunt nisi deus. fm Augustinū primo cō-
fessionum. **H**anc perfectissimam imper-
fectionem. hanc optimam (si sic dici pōt)
peccabilitatem / sibi met̄ ascripsit paulus /
dum se primum inter peccatores nomina-
uit. et quia non mentiebatur ita vere sen-
sit. **H**oc plane magnum miraculum / vide-
re hominem in virtutibus omnibus clare
scere. et laborare plus omnibus. nihilomi-
nus se primum inter homicidas et matrici-
cidas et omnes sceleratissimos computa-
re. **D**icere aliquid grandius meditor:
nescio. si potero iuuare me. puto immo cer-
te credo. q̄ christus et maria / paulus in hu-
militate non paululum transcenderunt.
Vellem ergo scire. **A**unquid fecit hec hu-
militas vt christus et maria / se tanto veri-
us inter peccatores primos nominarent.
quanto humilius a deo in se exeuntes / su-
um imperfectum lucidius cognouerunt?
Poterat estimo sic intelligi (ac si non hor-
rerent pie aures) sic dici. nō quidem de pec-
cato cōtracto absit. sed de labilitate ad pec-
candum. **N**am creatura rationalis quelī-
bet labilior est et pronior ad casum et defe-
ctum / quanto in naturalibus aut etiā gra-
tuitis fuerit ornatio / sedusa dei manure /
nencia sp̄ali. q̄si videlicet plus hēat crea-
oīs / de vanitate et tēdētia ī nihilū / q̄to plus

Sermo de humilitate

de entitate. Signum huiusmodi enidens fuit in lucifero adam et alijs multis. quoz nobilitates et pfectiones/quid fuerit eis/nisi pondus grauius ad ruinam. Hoc sentit anima christi. hoc maria eo pfundiori humilitate quo lucidius contemplatur. Hinc Augustinus vocauit mariam/puel lam vilem et abiectam in oculis suis. Naz quo pacto maria et christus fm auimaz si pius se et omnia dona sua stabilirent in do mino. si quomodolibet fidendum esse sen tirent in viribus suis et in abundantia di uitiarum suarum. Et si pterea non seipos computarent in illorum numero de quibz ppheticus sermo dicit. Verumtamen vni uersa vanitas omnis homo vniuersi Si no insuper iubentem audirent. Quanto ma gnus es/humilia te in omnibus et coram deo inuenies gratia. Ecclesia. iij. Demum qui se humiliat si exaltetur/quomodo ma xime exaltabitur qui maxime se humiliat. Christus autem humillim^{us} est. ergo sibi pp si fm humanitatem (vt sic consideratam) vanissimum aliqd ens et inane reputatus est. recte quidem. vt non in se sed in domio gloriatur. i. ad Cor. i. **A**udis ne hoc o psumptio stulta cordis humani. o stultis sima inqz cordis humani psumptio. nun quid hoc attendis. **A**t quid superbis ter ra et cinis vesica ventosa. cur inflaris. o pel lis fragilis et cito rumpenda cur tenderis. **S**i queris honores supba cernice/si sapi entiam/si gratiam/tota (vt dicit) erras via. **T**u q tibi maior. teo vilior. paupior et stul tior efficiaris. **T**u phariseico more/diuiti as tuas iactas/noli mirari si nihil elemosy ne capis. sed humilitas egena est. sibi dat. **A**lios iudicas. in alios indignaris. et vin dictam optas. tu peccator maximus. s; hu militas benignissima est. ignosci perit om nibus. **T**u ergo/cum seueritate. humil^{is} cu misericordia. et sicut elegistis. iudicabim^{us} **T**a princeps es/tu pprij freni impatiens/ etiam in eis que dei sunt. quasi man^{us} tua sit excelsa ad cōstituendum alium in bonū et non dominus faciat hec omnia. **H**umi lis autem exemplo dei cum tranquillita te mansuetudine et pace singula tractat in domino faciens virtutem. **U**nam q vir tutes cōgregat vel edificat/saperet et intel ligeret. quoniam omnes cum humilitate connexe sunt. omnes fundate. omnes ag glutinate. qua sublata/fugiunt omnes no

cent et oberunt. velut cedente fundamento cuius domus omnis inclinata recumbit. **A**mplius sola mens humilis segura est. qz non habet vbi cadat profundius qz in de um. illic experitur pacem dei que exuperat omnem sensum. **P**orro segura mens qua si iuge conuiuuium. quamobrem leta est sp et iocunda humilitas. sed cum seueritate. imo et miraculose quodammodo fm multi tudinem dolorum in corde suo consolatio nes tue domine letificant animam istam. **S**uperbia vero/tumida et timida est/zma le tristis. vel peius leta. inquietissima quo qz. quia ponit in ore hominum famam su am quasi alteram vitam suam. nimirum si sepe discerpitur laceratur conculcatur deij citur et si nunqz in eodem statu permane ar. **A**mirum si difficulter humilietur. qz infamiam suam horret sicut mortem alte raz. **Q**uinetiā hoc ad humilitatis adquisi tionem difficillimum est. qz pugnant con tra eam/non vnum tantummodo vicium aut duo/sed omnia. et qz plus obstupesces pugnant ipse virtutes omnes contra eam licet ex indirecto primo. imo ex ea quando qz gignit monstrifico partu/mens nostra supbiam. **Q**uale igitur patz effigium vbi z vicia et mortes vicioz/virtutes insuper z mortes virtutum/habent manus contra eam. nisi caute puiderit. et nisi in timore di instanter se tenuerit.

ExPLICIT sermo factus a dño cancellario in cena domini p humilitate

Carmē cōtra tu

midum cor et quid sanat illud.

Qurte distēdis vētosa supbia/qd te Sufflas et iactas/dum tibi vana places. **V**idi ego vesicam modico turgescere flatu. **Q**ue pisif sonuit quattuor impositis. **H**ac puer vn^{us} acu pupugit displosa repēte. **V**ilis et absqz sono flaccida detumuit. **Q**uisquis adulatū turgescis/voce/sub isto. **D**isce tipo tibi quid mortis acumen aget. **T**e pri^{us} ergo humilē pprij cōpūctio cordis. **S**pina ve configens/ si supis/efficiet. **N**ullus adulator peior tibi qz tibi fies. **S**i tibi blandiris teqz colēdo tumes. **L**ucifer hic cecidit/nec mix. dū videas nos. **T**urpes et viles/peste sub hac ruere.

Pulcer quid faceres / qd in oi pte decor?
 Omni cū plenus sorde / supbis homo?
 Dicit diues sum nec egēs / nescis qz paup
 Audus / cecatus / vilis es atqz miser.
 Prosp. a fors nutrit ē hui? subdola pestis
 Aspera sanat eam / p̄superiore manu.
 Unus vt epatibz ventoso corde careret
 Demone verari quesiit / obtinuit.
 Ergo qd aduersas tāto fugim? studio res
 Cōsulimus fortes / fidimus in medicis.
 Sed nolo tentare deum dices / agis ap̄te.
 Si tamen anteferes p̄sidiuz domini
 Angelicum si subsidiū / si spemqz fidemqz.
 Cura nec humanis sit nimis auxilijs.
 Cura sup̄flua sit / si pl? si nō vt oportet.
 Nec p̄ p̄sone conditione statū.
 Tu corpus refoue / tu cura sedulo carnem
 Quid nisi cōfestim putre cadauer erit?
 Spūs eternus datus est tibi / iure colat.
 Atqz humilis / miris / vilis / et esto tibi.
 ¶ Finis.

Sequitur sermo

de penitentia factus p̄ eundem dominum
 cancellarium / in cena domini.

Non lauero te / nō habebis
 partem mecum. Joh. xij. et in
 euangelio p̄sentialiter recita-
 to. Amplius laua me domine
 ab iniquitate mea et a pecca-
 to meo munda me. qz coinquinauit me mi-
 nis ne ad p̄nunciandum sc̄m̄ verbū tuuz
 vir pollutus labijs reprobis et incircumci-
 sus inueniar. Vale nimiz p̄sumit sordes
 alienas vel loquendo vel opando tergere
 qui totus peccati volutabro demersus est.
 Quamobrez tibi domine iesu / non tantuz
 pedes affectionum sed etiam caput inten-
 tionum et manus opationum ad abluen-
 dum offero. Ferroza desuper distilla pluui-
 am voluntariam gratie tue. quatenus / per
 venam oris mei egrediatur verbum plenū
 virtutis. et bene sonans. quo per auditum
 suscepto. mundi fiant omnes p̄pter sermo-
 nem tuum. digni quoqz inueniamur habe-
 re partem que repro mittit mundis corde.
 quia ip̄i te deum videbunt. Fiat hoc illa. i.
 tercedente mundarum mundissima matre
 tua quam interpellamus p̄pter hoc atqz sa-
 lutamus dicentes. Ave gratia plena. Si
 non lauero te etc. Dura valde qz tremenda
 sententia. si non lauero te / non habebis p̄-

tem mecum. Attendat vestra deuotio que
 sit pars cuius ablationem dominus cōmi-
 natur ei qui lotus ab eo non fuerit. et agno-
 scet qz hic summa paupertate / miseria et ca-
 lamitate p̄mitur. Quippe pars ista domi-
 nus est. qui se mercedem magnam et omne
 bonum nominauit de qua gloria bundus
 p̄pheta totus exultauit dicens. Deus cor-
 dis mei et ps mea in eternum deus. ¶ Pro
 qua insup commendatur maria quia opti-
 mam partem elegit que non auferetur ab
 ea. cui pars hec vberima et maxima por-
 tio non sufficit / nimis auarus vel stolidus
 Quid est igitur dominum dicere. Si non
 lauero te / non habebis partem mecum: ni-
 si eum dare patenter intelligi. si non lauero
 te. nō hēbis me. separaberis a me. ¶ Por-
 ro quid vltra p̄fecto reliquum est. nisi vt ta-
 lis illotus / p̄iciatur a facie dei / etiam a sor-
 te sanctorū. eatqz maledictus in ignem eter-
 num cū illis. quoz (sicut apocalipsis scri-
 bit) pars erit in stagno et igne ardentiz sul-
 phure. Ignis quoqz grandis nix. glacies
 spiritus. p̄cellarum pars calicis eoz. Si
 pars vero illorū tam horrenda tam into-
 lerabilis dicitur. de toto quid expectandū
 censemus. Maledictus qui partem suam
 hoc modo facit deteriore. ¶ Terreat igi-
 tur vnumquēqz nostrum viri patres et fra-
 tres. terreat et erudiat hec formidanda ni-
 mis sententia. si non lauero te / non hēbis
 partem mecum. Primum erat vt viuēdo
 innocenter / custodiremus nos immacula-
 tos ab hoc seculo. nūc vero qz polluta ē no-
 stra mens et cōscia. superest vt lotio diuina
 nos emūdet. Sed vnde sordes in nobis?
 Audiat p̄sus. Polluit nos supbia inui-
 dia ira accidia etc. Polluit nos sicut olim
 in lege immūds cibus et hoc p̄ malam de-
 lectatiōem. Polluit nos immūds mor-
 bus vt lepra p̄ malū consensum. Immū-
 ds tacus in ope. Immūds locus in p̄-
 uersa cōsuetudine. Polluit nos p̄ omnez
 modū ps quā arbitramur n̄am esse / mun-
 dana cupiditas. que est ps vilis vana fra-
 gilis et damnosa. Talem p̄tem figuratam
 habemus in Habugodonosor. de q̄ Dani-
 elis. iij. Cū feris p̄ ses? i herba terre. Cor-
 eius ab humano cōmuref et eoz fere defei.
 Attendite vilē societatem. qz cū feris carē-
 tibus sensu. Et nonne homo cū i honore
 esset non intellexit? compatus ē iumētis i
 supientibus etc. Vide vilem possessionem

Sermo de penitentiā

quia in herba terre. Et quid herba terre nisi terrena felicitas. de qua propheticus sermo. **H**anc sicut herba transeat. mane floreat et transeat. vespere decideret induret et areseat. Denique considera vilem commutationem et cor fere detur ei. Fera etsi non habet sapientiam retinet tamen crudelitatem. Sic illi bestie sunt in humana effigie latentes secundum verbum Senecae et Boetii. Deductores omitto. **S**ed vnde vobis lotio? **A**ttendite quod lauat nos ab inquinamentis nostris magister et dominus noster Iesus Christus. **A**ffundam inquit super vos aquam mundam. Alioquin si non lauerit nullus mundabitur. nemo non priuabitur parte sua. **L**auat autem. Quomodo lauat? ministerio penitentie salutaris. que velut lotio tria gacissima diligens et virtuosa preparat aquam in contritione. abluit in confessione exergit in satisfactione. Sic restituit pars nostra dens in perfecta reconciliatione. **F**eliciter pars. quod velut pars beniamyn superat in quantum quod partibus partem immundorum. **I**n bonis nature que repantur. **I**n bonis fortune que possidentur. **I**n bonis gratie gratis. date que multiplicantur. **D**enique in bonis gratie gratificantis. et glorie beatificationis a quibus alij priuantur. **A**nimaduertat vnusquisque nostrum quid dicat Christus quid ve intelligat ad nostrum documentum. si non lauerit te etc. **I**ta dicebat mihi ipsa meditatio mea contempere sermonem consequenter de lotionem peccatorum per ministerium penitentie cuius est hoc officium desuper commissum. per restitutionem partis nostre. **O**fferentur se concordantie et distinctiones sine numero de scripturis per dilatationem persecutionis permissorum. tum ecce iter meditandum et studendum. **I**rrumpere visa est secretum thalamus cordis mei. pestis improba. scientia inflans curiositatis norie germen. portentosa mater eadem et filia. **M**onstrum heu horrendum ingens. **H**ic ambulat in magnis et mirabilibus super se. **P**onit in celum os suum et lingua eius transit in terra. caput quoque inter nubila condit. quia ibi est tenebrosa aqua in nubibus aeris. **H**ec postquam animaduertit pergere me ut de penitentiā loqueretur. pepulit me. ad cuius impulsum cum tremissem et faciem conuertissem. ipsa me torua indignabundam animositate suscipiens ut arrogans est et tumida. **A**bi inquit in malam horam tuam. quid cogitas. quid ordiris. quid pusillus iste et degener animus obrepit tibi

et famam negligere ut perpetuam constare non horreas infamiam. **Q**uid me spectas ita. dum omissis considerationibus altis et subtilissimis speculationibus. materiam communissimam assumis. quasi in eadem iugiter cantilena nugatoria perferes. quasi pueriliter vulgarissimum carmen afferas vel efferas. **I**nque humiles materias. nunquid desunt tibi misteria longe plus difficultatis et vere laudis habentia circa sacramentum altaris et benedictionem passionis. **I**lluc tuum ingenium. tuam manifestam crudelitatem. coram viris omnidocetrina supereminenter eruditis. **A**n ignoras vbi loqueris. **A**dde quod materia de penitentiā non accuratum stilum vel elaboratum sed quotidianum exigit. quod locutionis genus quasi sordidum iam apud modernos dissolutum floccidum et nauscans contemnitur. presertim in sermocinalibus extra scholam. **N**onne demum habet in promptu quilibet materiam hanc de penitentiā per doctores copiosissime tractatam. iij. sententiarum et in summis atque tractatulis confessionum. **Q**uisquis ea legere voluerit. primum intelliget. **P**reterea queso non te casto labore fatiges. neque turpem risum tibi suscites. **H**oc modo scientia inflans stomachando loquebatur. cum esursum elapsa est sicut placuit altissimo charitas edificans cuius introitum decorum et aspectum scientia inflans que et superbie spiritu et inuidie tora verabatur ferre non valens. **M**ox abscessit tunc charitas sic orsa est. **T**e non fallat precor. precor non abducat meretrici hec pessima. scientia inflans curiositatis garrula quietis impatiens. que sub specie vana subtilitatis mentes sibi deditas euiscerat torquet. veluti quibusdam minutis muscularum aculeis. **H**ec gignit pruritum non extinguit. **H**uius hec occupatio est semper discere nunquam ad scientiam virtutis. puenire. arrogantiores que omnibus hominibus suos efficere sectatores. **H**anc desere. delectent te vilia magis quam subtilia. ad imitationem illius qui loquitur per prophetam. **E**go deus doces te vilia. **N**unquid non in tanta temporis egestate in tanto discrimine rerum. in tali mortis incertitudine docendi sumus viuere potius quam disputare vel acute fatiari. **Q**uod tibi precipitode inquit sapia illa cogita super. **P**orro si quotidie peccado sordescim. quid salubrius quod te consulat quam ut de nostra lotionem crebro

loquamur. **A**nxi queramus. assidue praetremus. **Q**uot sibi videntur sapientes in oculis suis. quot litterati et docti q̄ hec necessaria ideo nesciunt. quia velut facilia legere retinereq; despererunt. qz̄ insup̄ tempus ingenium curam in supra. cuius cōtritionem. qz̄ deniq; bonam vitam que talium optima doctrin̄ est. colere neglexerūt. quos tandem si deo p̄picio respiscere contingat si ad meliora studia mentem diuertere. pigebit affirmo pudebitq; tempis acti. **Q**uare q; fessi et confRACTI nihil inueniēt de uerbo labore suo nisi vanitatem arguendā et curam sup̄flua. sentientq; vix se discipulos idoneos ad illa cogitanda. in quibus dudum magistri esse debuerant. qd̄ et falso crediderant. qz̄ tam ceca semp̄ est tam insolens/infantis scientie arrogancia. **S**entient ad extremū nihil difficilius esse arte bene viuendi. nihil plane subtilius. nihil sublimius atq; diuinius. **P**erge igitur vt cepisti. neq; sermonem de lotione pedū anime hoc est affectionū/ quōlibet interrūpe. hoc necessitas quotidiana. hoc instans pasche festiuitas qua verus agnus dei cū azimis sinceritatis et veritatis. edendus ē. **H**oc p̄sens societas eoz̄ qui non se solos sed alios habebunt erudiendo lauare/ flagitat et exposcit. **A**uero tradita sunt hec in libris theologoz̄ copiose. tradita sunt. scio etiā veritas altera que non tradita est. nec vācat omnib; omnia legere. et habet quid latentis energie viue vocis actus et in aures transfusa fortius sonat et tenacius memoratur. **C**haritas hec suadens/ credite persuasit facile monitis suis obsequi. **U**nde glorioz̄ in dño de cuius munere est modestus p̄uūq; quodlibet ingenium. **R**emāserat tamen scrupulus aliquis/ si materiaz̄ hāc de penitentiā/ lotrice mentis optima/ tractare cōuenientius oporteret vel declamatoriō more vel scholastico. **P**rimū accuratius et venustius est. alterū acutius et quodam modo verius estimatur. **P**rimū magis ac cōmodatur affectui. s̄m̄ intellectui. **P**rimū plus allicit. **S**cōm plus instruit. **E**adem ex circūstantiā tempis et p̄ auditorū qualitate inductus sum scholasticū morē gerere **Q**uotidianus nāq; sermo est et scholis vsitatus. nec rursus egeus interprete si intelligatur etiā a parum intelligentib; bene satis est. **O**mittatur ornatus/ nisi q̄ spōte prouenerit. **D**icamus in primis altis

us repetentes/ q̄ lauat nos christus ministerio penitentie salutaris. que penitentiā haurit aquam et quodammodo fundit in peluim cordis nostri per contritionem. abluet sordes eicit per confessionem. extergit desiccet et clarescit per satisfactionem. **H**ec tria per ordinem nunc egit emundator noster christus misit aqua. lauit. extersit. **H**ec dicens q̄ summa est hec tria nota lege psalmistam. **D**ixi confitebor aduersum me etc. id est firmiter p̄posui. ecce cōtritionem. **I**n iusticiam meam domino. ecce confessionem. **E**t tu remisisti impietate peccati mei. ecce satisfactionem. **E**t rursus alibi. **I**niquitatem obio habui. hec est cōtritio. et abominatus sum. hec est confessio que extra vomit abominabile peccati sordem. **E**t legem tuam t̄ dilexi etc. **H**ec est satisfactio in custodia legis dei. **N**unc pertractemus triplices huius officij cōditiones. quasi iter trium dierum perambulantes. **E**t quia in paucioribus via magis. rē totam sub breuib; terminis atq; methaphoriz̄ coarctemus.

Hic p̄ lotionem nostrā mīstrata/ quam contritio non qualemciūq; sed calidam. mundam. amaram viuat crebram/ et cōtinue scaturientem. **I**ntra que quattuor/ quadruplex est de cōtritionis qualitate cōsideratio.

Prima cōsideratio

aqua contritionis sit calida. hoc fit per cōuersionem in deū. fide spe et charitate subnixam. **S**icut homo auertens se a deo et conuersus ad creaturas/ sordes contrahit. sic contra mundatur. **H**oc est quod dicitur a doctoribus. quia quattuor requisita sunt in contritione. **C**onuersio ad deum. auersio a creatura. **I**nfusio gratie. et expulsio culpe. **H**unc calorem non habet aqua illorum qui dolent de peccatis solo timore pene. sicut fit in iā damnatis et in cōdemnatis. sicut communiter euenit in morte vbi affectio commodi que gelida est et nō iusti/ dominatur. **Q**uo circa sequitur exp̄pediens esse p̄uenire horaz̄ mortis ad hauriendum hanc aquam et calefaciendū/ ex bona et quotidiana meditatione. **S**ignū frigiditatis est/ si homo crederet diu viuerē/ veller diu permanere in peccato. **N**on sic ille q̄ dicebat. se nō minus seruiturū do si p̄staret certissie q̄ mille annorum spacio

Sermo de penitentia

pueri maligni/ irrideant bonos et devotos sub appellacione hypocritarum vel talium nominum. **T**ales non possent nimis acriter verberari/ immo si non desistant debent exterminari ab omni consortio meliorum. **C**onparantur his qui feruntur in maternis uteris suffocantur aut alliduntur. **S**ed quid fiet eis/ quid agerent in inferno damnati ex malo aliorum consortio. vultis scire quid agerent? **A**llabunt acerrime pre rabie tormentorum maledicentes illis et clamantes. **V**e ve tali per quem ego damnatus sum maledictus sit in eternum per quem crucior in hac flamma. **N**arrat autor libelli de disciplina scholarum quod filius quidam nobilis civis romani/ qui consumpserat misere et immunde iuuentutem suam/ dum duceret ad patibulum ad mortem sequebatur eum pater suus flens. **V**idit cum filius suus/ quesivit ut oscularetur patrem suum. pater appropinquavit. sed filius loco osculi/ momordit sibi nasum et erasit. **D**um alij culpam et mirarentur/ exclamavit. **D**o pater tu me suspendis/ tu me interficis. si enim dum me iuvenem (ut debueras) corripis/ ego non venissem ad hanc mortem in hostiam. **H**oc est o pueri quod ante notaueram/ quod neque ego neque alij dum predicamus neque magistris precipue/ debemus vos dimittere quin moneamus et corrigamus vos/ ne postmodum mordeatis nasos nostros. **H**oc dicebat quedam pia mater pueris suis. **E**go taliter vos corrigam quod non mordebitis nasum meum. **H**oc habetur in libro de apibus. ca. xxx. **R**egi quendam magnam virum narrante de seipso/ quod habuerat unum iuvenem nobilem pudicum et castum in principio sed per maliciam unius magistri sui/ fuit seductus et pluries monitus noluit tandem desistere/ sed plus obediebat magistro illi in crimine pessimo quam amicis suis et deo. **Q**uid evenit. **A**udite rem horredam. **V**enerunt amici illius pueri in magna pompa visitare eum. et dum post cenam retractis omnibus ad cameras ornatas/ dum puer esset in lecto suo/ cepit horribiliter clamare et plangere. venerunt ad eum seruitores sui et amici/ et dum nescirent cur clamaret nec dicere vellet/ aduocatus est decanus ecclesie et alij canonici. concitatus ille venit refidit ad lectum clamans/ suadet profite peccata. hortatur ut confidat in deo non in homine. **D**ecum decanum fortiter ei dicebat/ tandem puer eum audiens/ insperavit

terribilibus oculis dicens. **U**elli q̄ me seduxit. **A**d quid ad quid sup̄ me diuinū auxiliū inuocabo. **E**cce iā video apertum infernū. video p̄sentes demones paratos me rapere. **E**t cum om̄es vt se poti⁹ signaret in clamarēt/signa te puer. **I**lle quasi nihil aduertens/ clausit oculos. et auertit faciem. et cum duris et miserabilibus vocib⁹ miserā animā exhalauit. **I**ntellecistis ne hoc exemplū terribile o pueri? **A**d auditū eius nonne toti tremuistis. **A**unqd̄ nunc vos etiā penitet? penitet estimo. s̄z gaudete vos qui boni estis. **A**liqd̄ igitur audire nō pigeat. **P**eto te o puer. si quis induceret te ad comedendū carnes per totam q̄dragesimā et in die veneris sancta/ quid diceret? nōne repelleres eum valde velociter cū cachinno? **N**onne ostēderes digito dicens. **V**idete q̄ malus est iste q̄ puerus qui talia mihi dixit. **E**t ipse bene miser. **E**t ego tibi securus affirmo. q̄ peiores sunt et pei⁹ faciūt illi de quib⁹ loquor qui alios inducunt ad immūdiā conscientiarū suarū quā si facerēt comedere carnes in die veneris sancta. **H**olo plus specificare. quia qui culpabilis est intelligit. qui nō est culpabilis nō eget vt intelligat nisi forte vt caueat. **D**enuncio vobis o pueri. fugite tales immūdos et plus fugite. plus horrete. plus odite/ q̄ si quererēt interficere corpus vestrū/ cultello euagiatō vel male strangulare. **P**lus est anima q̄ caro. et vita spiritus q̄ corporis. **A**ccusate tales/ immo vi repellite. spuite cōtra eos in faciē/ p̄clamate cum beato **B**ernardo. ad latrones ad latrones/ ad ignem ad ignem. **P**ostremo si tu puer non seruafti mundiciā conscientie in te nec in alijs/ saltē p̄iteat te/ recurre ad lotricē optimā sc̄z ad luctum. **N**ihil est magis diabolicū. nihil ita displicens deo/ q̄ post culpā nolle penitere/ humanū est peccare/ diabolicū cum in peccatis p̄scuere. **S**ed dices ad quid peniterē et lauarē me/ video fragilitatem meā/ ego protin⁹ statim iterū maculabor. **N**oli sic estimare frater. sed fac qd̄ debes et quod p̄cipit deus succurret ipse. tandē misererit et sanabit/ quid scis quādo morieris et quomodo. **Q**uid si morte subita. si rep̄tina. **Q**uero a te si laues manus tuas/ si vestes lineas. **R**ūdebis. ita lauo vel lauare facio. **Q**uero preterea si post lotionē iterum maculast. **R**espondebis

ita. **L**ectū igit̄ conscientie tue cur nō similiter emūdabis et si sordidanda sit posterius? **S**ic tibi precor conscientia tua carior q̄ camisia. **N**oli propter timorē futurarū macularū/ dimittere purgare presentes et augere. **P**ost penitentiā crede mihi et minus erit de sordibus et minus adhibebit et facilius abluēt. **D**ices rursus. **Q**uā modo talia tam feda/ tā turpia peccata dicere homini viuētī. homini sacerdoti. **Q**uid diceret? quid fieret? **P**lane diceret. **P**arcat tibi deus. et te diligeret et celaret. **S**i tantū times sacerdotē/ cur nō amplius deum om̄ia videntē/ immo totā curiā celestem semp̄ presentē? **S**i times sacerdotem bonū/ discretū et solum. cur nō magis times socios pueros indiscretos qui nihil celare sciunt/ nisi quod nesciūt. et nisi cui et q̄liter quid deberēt reuelare. **Q**uid meli⁹ est/ vel vt dicas nūc peccata tua vni vel q̄ exponātur in morte tua. vel etiā in vita quādoq̄/ omniū aspectui. **N**ōne facilius est hominib⁹ peccata p̄fiteri q̄ cū demonib⁹ sine vlla miseratōe torqueri. **S**i dictū est tam fetidū tā horridū et abominabile/ plenū factū obsecro/ quale putabit? **A**t si dices velle bene facere. velle esse mundus in cōscientia velle abstinere a peccatis. sed neq̄o. **N**oli frater dicere nequeo s̄z nolo. **L**erte potes. sed nō vis iuuare te. **Q**uomō iuuare? **P**riō fugiēdo oculū. fugiēdo malū consortiū. deniq̄ oratō et conuertēdo te ad aliquē sanctorū. specialit̄ ad illam sanctarū sanctā. p̄cutiēdo peccatū exēplo **B**ieronimi et dicēdo. sancta virgo virginū ora p̄ me. adiuua me. mitte auxiliū refugiētī ad te. **D**eniq̄ exēplo anthoni et hilariōis adolescentū increpa diabolu in ipsa temptatōe tua q̄si p̄ntem. et dic ei. **P**st de te et de temptatōe tua miser diabole. **E**cce ego nō obedio tibi. **P**lurime sunt tales doctrine p̄ mundiciā cubilis. p̄rie cōscientie seruanda. inter q̄s posuim⁹ bonarū societate magistrū et socioz et famuloz. occupatōem in bono studio et orōe. **F**atiga bo vos nō amplius o pueri. **S**it tandem nostri finis sermonis in oratōe ad deum et sanctos sanctasq̄ omnes. vt taliter p̄remus hic cubilia conscientiarū nostrarū in mundiciā. molliciet quite per grām. q̄ eorum consortes effecti erulremus et letemur in eisdem cubilib⁹ nostris per gloriam. **A**men. **S**inis.

Sermo factus in solennitate

Sermo eiusdem in eadem festiuitate de omnibus sanctis per thema. Beati qui lugent quonia ipsi consolabuntur.

Beati qui lugent quonia ipsi consolabuntur. *Matth. v. et in euangelio presentis celebratis.* Nos de beato luctu et consolacione locuturi in hodierna celebracione sanctorum illorum a quorum oculis absterfit deus omne lachrymam. ita ut non sit amplius ibi luctus neque clamor. *Regina inclitama ciuitatis huius sanctorum de qua gloriosa dicta sunt matrem insuper illius qui est deus totius consolacionis inuocabimus pro gratia qua egemus impetranda dicentes. Ave Maria gratia plena. etc.* Beati qui lugent quonia ipsi consolabuntur. *Scribitur tibi dictum est. Proposita hac celesti stupendaque sententia insonante hac grati tonitruo ex ore diuinitatis in sublimi monte ecclesie audierunt quod plurimi altisonam huius extraneissime et a sapientibus mundi hactenus abscondite doctrine tubam. Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum. Audiam vero non omnes equa mentem quoque iudicio comprobauerunt. nimirum quot capita tot sententia et fides dei donum est ne quis gloriatur. Audierunt eam omnes ex omni natione que sub celo est quorum plurimis nihil profuit auditus non inhius fidei ut apostolus loquitur. sed in depressiores sue infidelitatis tenebras demersi sunt. Hi sunt pagani idolatre et iudei perfidi qui quonia foris sunt et consurdescunt nostris uocibus nihil ad nos eos deserat sermo noster et ad christianos dirigat. Dicatque Beati qui lugent etc.* Ecce autem apertis meditationis mee oculis intueri uideo plenas etiam christianorum omnes aures hac sententia diuina. Quis enim est christianus qui hoc euangelium in ecclesia non sonuerit. Verbum hoc nihilominus ad mentales aures suas introitus non equa profunditate et tenaci approbacione reponitur. Pars est hominum simplicium absque eruditione et literis quos sola autoritas in hac fide stabilit nec ultra quicquam uel querere uel intelligere student morem discipulorum pitagore in hoc tenentes. Satis hinc scire quonia magister hoc dixit. magister christus

Beati qui lugent quonia ipsi consolabuntur. Apud tales non rationibus sed autoritatis bus et exemplis agendum arbitror quibus sufficere insinuare quonia sancti sanctorum omnes quorum hodie celebritas agitur ad consolacionem per luctum transierunt patri arche/prophete/apostoli/martires/confessores et uirgines. Quid istos dinumero quando et ipsum caput omnium christi participauit et sic intrare in gloriam. Nos ego ad historias et legendas sanctorum ad uitas patrum ad originalia doctorum luctum colaudantia iudico remittendos. Altera pars est christianorum similis simplicium et nullius eruditionis litteratorie. qui tamen pro consuetudine et gratia exercitatos habent sensus ad hanc doctrinam cupientes ex intus anime precordiis. qui experientia doctrice sentiunt et preguant hoc donum celeste et toto cordis assensu toto mentis iubilo eunt in hanc sententiam. Beati qui lugent etc. Tales sunt in schola deuotiois doctrina affectiois edocte persone quibus lachrymabilis iugiter est hec uallis lachrymarum. qui dicunt cum psalmista. Renuit consolari anima mea. memor sum dei et delectatus sum. Et rursus delectater dicunt cum eodem. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolaciones tue letificauerunt anima meam. Quemadmodum dixisse legitur beatus Bernardus. Multi uident cruces nostras qui non attendunt consolaciones nostras. Et apostolus dixit. Quasi tristes semper autem gaudentes. Apud istos quos uincitio docet. quos experientia erudit. importunum nimis ne dicam temerarium censeretur si aperirem os ad docendum a quibus ueritatem mereretur erudiri. Alios preterea considero ex christianis inflatos sapientia non que de sursum est sobria et pudica. sed terrena aiali et diabolica et carnali. uita pecudum eligentes qui fere nihil de homine preter figuram retinent. intus ferrea sunt omnia. Ipsi dum has beatitudines auribus recipiunt. animam intrinsecus furdam habent. aut ita pro egritudine peccatorum miserabiliter conturbatam quod dicunt opere etiam non forsan ore. Durus est hic sermo et quis potest eum audire. Nempes sapientia terrena diuinitatis inhiat. Pro preterea non beatos sed infelicissimos plane pauperes predicat. Sapientia diaboli est superbia indignans et austeria. Ipsa beatos mites quomodo iudicaret et

non potius viles et abiectos? Sapientia animalis tota illecebris vacat/ ducit in bonis dies suos/ cuius vox est sapientie. ij. **E**xiguū et cur sedio est tempus vite nostre. Talibus obsecro quando persuasum esset eos beatos esse quod lugent et non miserabiliores omnibus hominis. Quāobrem istud perditū et cecum genus christianoꝝ. et christianoꝝ nomine/ non christianoꝝ cōuersatione relinquam? tanquā indisciplinabiles et impersuadibiles ad hanc clausurā eis diuinā lectionem. **B**eati qui lugent et cetera. **S**uperest ad extremū aliud genus hominum/ qui non sunt idiote ut primi sed luminibus tam ingenij quam conscientie eruditionis scientificæ collustrantur. Qui et si nondū gustauerūt donū huius beatitudinis velut illi simplices de secundo ordine. attamen eorū vita aliena est ab his vitis quibus obstinate corruptos mor esse diximus illos de tertio ordine. **C**redūt insuper ut tandē intelligant/ hoc est/ presupposita religione philosophantur/ quoniā persuasum habēt nisi credideritis non intelligeris. **N**ō notauit Plato dum ait in **T**himeo. Sumendū esse cōpendiū ex credulitate. Istos tales (qualiū magnus est hic numerus.) nūc alloquēdos esse decreuimus/ quibus non solā dicentis auctoritatē que tamen abunde satis esset/ sed rōem certam et philosophicā afferre confidimus/ per quā iam non solum credāt/ sed etiā intelligāt huius mirandæ sublimisq; doctrine veritatē. **B**eati qui lugent et cetera. **H**oc faciemus? (si quidē permiserit deus) ad **C**iceronis imitationem in paradoxis. minoris certe eloquentia/ sed parivarietate. et (vnde glorioꝝ in domino) maiori fide faciemus in quā/ cum ad cōsolationes nostrā quatinus fides in intelligentiā migrans/ lucidius emicet/ tum ad cōcludendum linguam magniloquā eorū qui se dici philosophos volunt nec sunt. quoniā dū a religione putant secernere philosophiam/ vtrumque perdūt. qui verbū diuine nostre fidei/ cōmunibus verborū panniculis inuolutū vel fastidiūt ob simplicitatē (sicut eis videtur) rusticam et anilem ut quod lugere vel flere iubent/ vel de opinabili fallacitate criminantur/ non capientes/ quo pacto ex luctu suum gignat contrarium quod est cōsolatio/ nec inde concipiūt. beatos et cōsolatos esse lugētes. **E**t quoniā tres collati sunt in **t**hemate termini principales beatitudinis

do luctus/ cōsolatio triptita erit sermo/ nis nostri fabrica. quia super quolibet extremis edificiū nostre ratiocinationis fundabit et excreset. **D**icemus quoque breuiter quā tanta res exoptulat. quoniā in scholastico exercitio et in verbo ad populū/ latiori sermone super hoc deo propiciatē tractabimur.

Primā exorsurus fabricam in hoc nomine beatitudo/ recogito quod omnes qui de beatitudine hominis/ philosophica rōne perscrutati sunt. constituerunt eā in contemplatione prime cause/ sicut peripatetice schole institutor **A**ristoteles docuit. primo et per **e**thica. **A**ut posuerunt eam in virtute vel bono honesto. et in viuendo cōsentaneæ rōni et nature. **I**n qua sententia schola stoicoꝝ et quorundā academicorū concordat. **A**ut deinceps collocauerunt eam in adeptōe boni vniuersalis separati. quē admodū **P**lato. suiq; sectatores. **A**ut postremo dixerunt beatitudinem hominis esse animi voluptatē seu tranquillam pacē/ cuius fuisse videt **E**piscurus/ ille. cuius **S**eneca crebre cum summa veneratōne meminit in epistolis. **N**am **E**piscurus alter quisquis ille fuit. et **A**ristippus et **S**ardinapalus et sordidus **D**achometus qui in corporeis voluptatibus humanam beatitudinē detrudere conati sunt. **I**psi certe non philosophi nec inter philosophos annumerandi sunt. sed porci vocandi sunt/ quia beatitudinē non hominis sed pecoris descripserunt. **I**lli similiter a philosophica ratiōne procul abscedūt et ab eadē validissime profuturā. quod diuitias. quod potentiam. quod gloriā. quod scientiā. et vniuersaliter bonū aliquod tale fortuitum fragile et caducū. homini per beatitudinē statuerunt. **Q**uipe his omnibus ad votum fluentibus. reperire est hominī hominem. non dicam non beatū. sed plane nequissimū. et supra beluinā seueritatē vel feritatem. nocēdi malignitate perversum. **D**enique hec omnia fortune bona. etsi decorē et ornatum quēdam extrinsecū felicitatis humane. præterire et perficere dicantur ab **A**ristoti. ipsa tamē ad componendū verū et extrinsecum bonū. nullatenus exiguunt. **N**otauit hoc ille qui ex incendio vrbis fugiens. omnia sua secum ferre dixit. **H**ec igitur in summa est phantia de hominis beatitudine quedā partita traditio. **I**n cōtemplatione prime cause. in honesto vel virtute. in bono separato. **I**n animi voluptate seu cōsolatione

Sermo factus in solemnitate

Quartū apparens varietas (si nō me fallit iudiciū) in vna cōnectī cū conceptio-
ne seu dignitate per se nota/ quam Aresto-
riles lucidius exposuit/ q̄ beatitudo ho-
minis sita est in cōiunctōe optime poten-
tie humane cū optimo obiecto suo. Vir-
tus enim rei cuiuslibet ⁊ sua quedā beati-
tudo vt penes summū quod in ea est q̄n-
tificetur necesse est/ quēadmodū beaitu-
do oculi esset eius cōiunctio cum summe
pulcro sibi proportionabiliter oblato. At
nota qualis est optima potētia humana
nisi ratio. qua sola/ prestātor est homo ce-
teris animalib⁹. Obiectū preterea optimū
quale aliud assignabit q̄ ipse deus glorio-
sus/ cuius ratio capax est. ⁊ quo nihil ma-
ius a ratione potest intelligi. Quare ma-
nifestū est/ q̄ eleuare Arestoriles beaitu-
dinem hominis esse probauit cōtempla-
tionē prime cause. Conformer ad illud
Augustini dictum. Visio est tota merces
fundatū videlicet in verbo xpi. Nec est vi-
ta eterna vt cognoscāt te verū deū ⁊c. In-
telligimus vero contemplatiōem nō nu-
dam cogitatōē de deo sed cognitōem cū
amore. Alioquin si dilectōem a cognitōne
sepaueris/ non iā ibi contēplatio/ tā dicē-
da est q̄ curiosa quedā inuestigatio/ aut
cogitatio vaga fructu carens atq; sensu/ q̄
les habuerunt quos inculpat apostolus
cognouisse deum ⁊ eum nō sicut deū glo-
rificasse/ propterea euauisse in cogitatō-
nibus suis. Ecce vanitatē cogitationum
si glorificatō secludatur. ⁊ datos fuisse in
reprobū sensum/ quales multos flemus
nostris temporibus. Porro locutiones
ceteroz p̄horuz/ quanq̄ diuerso calle ver-
borū incederent/ in eandem iudicio meo
sententie finem cōueniunt. Nam bonum
separatum quod plato posuit/ cui⁹ adeptio-
ne beati dicimur ⁊ sum⁹. nihil aliud a deo
potest intelligi q̄ ad ipiscimur cogitādo
et amando hic in enigmate ⁊ inchoatōne
quadā impfecta. tandē facie ad faciē ple-
nitudine cōsummata. Rursus si stoicorū
et achademicorū ⁊ epicuri p̄nominati po-
sitionē resoluam⁹/ inueniem⁹ q̄ nullavir-
tus est/ nulla honestas speciosior/ nullavi-
ta plus cōsentanea nature atq; ratioi. sed
nec aliqua opatio voluptuosior est. aut si
verbū voluptatis nimis molle iudicatur
nulla delectabilior/ q̄ sit opatio optime
potentie hominis coniūgens eam cū opti-

mo obiecto suo quod est de⁹/ hoc vero fit
dum ipsum ratio cognoscit et cognoscēs
amat/ ⁊ in cognito amatoq; tanq̄ in fi-
ne suo ⁊ centro q̄tatur. Ecce habetis
omnē de beatitudie philosophica p̄scrui-
tatiōem/ que sup vno cardine voluitur et
vnitur. ad cui⁹ noticiā. christiana religio.
compēdiōsa fidei traditōne ducit. q̄ effi-
cere philosophica disputatio vix lōgo cir-
cuitu quasi palpando ⁊ innitendo valuit
nec p̄fecte tamen valuit nec stabiliter nec
sincere. Hic p̄clarissime dictū est ab ap̄lo
q̄ quia mūdus in dei sapientia deū nō co-
gnouit supple cognitōe que p̄ dilectōem
opatur. Et intellige q̄ hic apostolus f̄m
discipulū eius dionisiū/ philosophiā ap-
pellat dei sapientiā immo ⁊ reuelatiōem.
Deus inquit reuelauit eis. Placuit ei per
stulticiā predicatōis. hoc est per compen-
dium credulitatis saluos facere credētes.
Non q̄ philosophia inutilis aut falsa sit
quippe que est dei sapientia ⁊ reuelatio. nō
q̄ verereligionē aduersa. nō q̄ in articulo
quocūq; cōtraria sicut velle demonstrare. p̄-
positū est. sed quia hoīes bono dono ma-
le et temerarie vsi sunt ⁊ alia ratōe. vt ad fe-
licitatis beatitudinē sine ratōnatiōe sine
fluitatōe ipsos etiā simplices ⁊ idiotas ve-
nire liceret fidei pede fulcitos. Deniq; ne
gloriarēt ante deum stulta p̄sumptio om-
nis carnis.

His pro primo fun

damēro posit⁹. ⁊ viua veritat⁹ calce agglu-
tinatis. quadruplici etiā p̄sideratōe istar
quattuor laterū. supedificare fas habem⁹
Prima consideratō. Quia dei cognitō
perfecta nequit haberi per sensus solos.
Alioquin bruta essent dei capacia. si n̄e
beatitudinis esse volumus participes vt
a sensibilib⁹ ad spiritalia p̄uertemur/ ne-
cesse est. Istud est inter Platonis do-
gmata precipuū. aduertēduz esse scz a sen-
sibus faciem nostre mentis. Omnia nisi
ad sensum referre. est propriū pecoris/
et certissimum veritati inueniende affert
detrimētum. Huius sententie pluries me-
minit. Cicero Et Augusti. ex ea pulcerri-
mum illud volumen de vera religione cō-
texuit. Animam itaq; nostram intel-
lexerunt Philosophi factam esse/ velut in
orizonte duorum mundorum. spiritua-
lis/ et corporalis. Cuius facies dum ad

corporalia conuertit/fit quodāmodo cras-
sior nubilioz et hebetior ad intuentū cele-
stia. et deprimunt terrena inhabitatio/sensuz
multa cogitantē. inquit vnus ex phis he-
breozū. cui conformis est sermo poete. vi.
Eneidos. Terreneq; hebetat arius mori/
bundaq; membra. Poeticū etiam inuolu-
mentuz de haustu lethei fluminis/ad hoc
tendit. **S**cōda consideratio. Presuppo-
sita rationis aggrauatōne p peccatū/auer-
sio a sensibilibz ad spūalia cogitanda/feri
nequit/absq; luctu seu tristitia. Naud ma-
gna in hoc loco ratiocinatione op^o existit.
vbi quotidiana experientia plusq; satis est
hanc eloquiū veritatē. Quippe/mortifica-
tio sensualitatis/pugna vitioz/virtutum
victoria/fugere voluptates/tristitias eq̄ni-
miter ppeti. et similia hamane militie iti-
pendia. nōne luctū suū/saltem ab initio se-
cū ferunt. Feruntq; q̄. At tamen sine istis
nūq; ad syncerum et purissimū veritatis
prime lumē scanderem^o. nūq; sursum ra-
peremur. et illic rapti starem^o. nec respōde-
remus veraciter hortanti ecclesie sursum
corda. habemus ad dominū. Quādo et q̄/
liter obsecro forti cōtritione leuarem^o nos
super nos. dum iniquitas super talentum
plūbi sedens/nos in ima deprimat. instar
poete more sisyphi. dum cōquerimur cum
p̄pheta. Quoniā iniquitates mee suppres-
se sunt caput meū et c. Dū postremo multi-
tudine noxiōzū desideriozū et volitantuz
cogitatiozū instabilitate/acies nostre mē-
tis vndiq; confundit/impedit et turbatur.
Et hanc Aresto. quāq; sue originis igna-
rus notauit vbi dixit aliquid esse in nobis
quod aduersat rationi. p̄pterea tractatur^o
de nostra beatitudine ipse de luctuositate
passionū moderata per virtutes/prins do-
cendum esse necessario indicauit. **T**er-
tia consideratio. Beatitudo nostra est de
numero delectabilissimozū. imo delectabi-
lissima. Hoc ipsum dicere ratio compulit
Aristotelem primo et. Ethicorum. Da-
beatur quoq; pro oraculo apud veteres
vt infra latius docetur. In sanctis propte-
rea quozū hodie celebritas agitur experie-
tia multiplex illud certum facit. Quod in
super sub altissimis considerationibz et sa-
pientum allegationibus/initium summe
communis de virtutibus/manuducit.
Quarta consideratio. Veram et plenaz
consolationem/sicut nec veram beatitudi-

nem/vita humana prius habere non po-
teit absq; luctu. Perspicuum est hoc sequi
ex p̄missis. Propterea licet iam non soluz
credere sed etiam intelligere. Quoniā bea-
ti qui lugent et c. Et hec de prima radice. ex
qua/termin^o iste beatitudo/germinat hāc
veritatis segetem/beatos et consolatos es-
se lugentes.

Euge pergamus vltra ad secundā
nostre orationis fabricam. quam
fundabit terminus iste luctus. At
tamen ne perpendicularē nostri edificij
regulam conturbet equiuocatōnis irregu-
laritas. describendū est quid est luctus qd
consolatio. Nam inuenietur luctus malus
nihil ad beatitudinem conferens nec affe-
rens consolationē que bona sit. Hoc sen-
sit qui dicit. Tristitia seculi/mortem ope-
ratur. Cum prius dixisset. Tristitia que
fm deum est penitentiam in salutem stabi-
lem operatur. secunda ad **C**horinth. vij.
Luctus et consolatio sub vna acceptio-
ne generali due passionēs sunt ille due cō-
trarie quas aliter nominamus dolorem et
gaudium. que complectuntur in suo gene-
ris sinu passionēs omnes reliquas enume-
ratas a pho secundo **E**thicorum. et secun-
do rhetorice. et a poeta. vi. Eneidos. et ab
alijs alibi. Consequuntur autem passio-
nes iste due luctus et consolatio vel dolor
et gaudium ad duas rationes obiectalis
generalis et extremas. Quarum vna est vt
boni conuenientis. et altera mali discon-
uenientis. **D**escribitur hic luctus hoc
modo sumptus. Luctus est vitalis ani-
me motus/surgens ex apprehensione ob-
iecti vt disconueniens est. Cuius effectus
est (presertim si sit in sensu) cōstrictio. qui-
dam horroz et fuga et renisus. Est autem
ratio disconuenientie/dispropoztio lesiua
armonie et vnitatis debite. **E**lucidationē
harum descriptionū cum deductione om-
nium passionum ad has duas/querat cui
libuerit. ij. Ethic. et rhetorice cum notatis
per commenta. **D**einde quia tripliciter
dicitur bonum pro delectabili. pro vtili. et
pro honesto. Et similiter malum ex oppo-
sito. pro tristabili. pro nociuo et pro inho-
nesto. Possemus conformiter ad has ra-
tiones obiectales boni et mali/multipli-
care sermonem de luctu et consolatione. p-
ut consurgunt mediate vel immediate/ ex
apprehensione boni et honesti vel mali

Sermo factus in solemnitate

In honesti. et hoc dupliciter. in actu vel in habitu. Hoc quippe modo luctus et consolatio proprie sunt aie rationalis et ad sensualitatem non nisi ordinate ad rationem spectant sicut nec obiectales honesti et inhonesti rationes. ¶ Dicamus igitur quod luctus in proposito et putidicis beatitudo non quidem formaliter sed quod communicat beatitudinem hic in via vel quia ducit ad eam. habet sic describi per habitum. Luctus est habitus anime graciosus quo inclinatur fugere et horrere obiectum sub ratione mali inhonesti et disconuenientis apprehensum. Apprehenditur vero obiectum in inhonestum tripliciter. aut formaliter et sic est deformitas. aut secundo consecutiuè quod est effectus culpe et reliquie eius. sicut reatus pene et macula et offensa. aut tertio occasione. quia ad culpam inductiuum est. aut ut ab honestate distractiuus. ut noxie temptationes et rebelliones sensualitatis. Ratio autem disconuenientie inhoneste est violentatio modi speciei et ordinis. vel numeri ponderis et mensure. vel unitatis speciei et bonitatis in libero arbitrio ut arbitrium est. Violentatur in super modum et mensura et unitas in libero arbitrio. duz ipsum non insequitur motionem dei ut efficiens est. Violentatur species et numerus. dum non conformatur cause sue exemplari. Violentatur autem pondus et ordo et bonitas. dum non insequitur motionem sue cause finalis. Per oppositum sumitur ratio conuenientie honesti. ¶ Pars est describere consolationem. Consolatio per habitum est habitus anime quo inclinatur amplecti quodammodo et unire sibi obiectum sub ratione boni honesti et conuenientis apprehensum. Et dicitur similiter honestus tripliciter. vel formaliter vel consecutiuè vel efficienter et dispositiuè. Has descriptiones neque fingimus neque sola fide supponimus. Quonia et philosophica traditione fundata in his que nos docet experientia possunt elici vallarique. Et quibus quid sit luctus per actum. quid consolatio actualis liquidum est. Nam luctus et consolatio actuales sunt vitales motus animi in talibus habitibus procedentes.

U Facto et ordinato

hoc descriptionum fundamentum superaddamus quasdam literales considerationes. ¶ Prima consideratio est ista. Luctus qualem descripsimus est consolationis inductiuus. Ita quod qui lugent eo ipso consolantur. ut ve-

rum sit ad litteram. Tristitia vestra vertitur in gaudium. Dabemus medium in omni demonstratione efficacissimum diffinitionem scilicet ad hoc ostendendum. Omnis quippe apprehensio obiecti ut honestum est et conueniens est consolatoria. sed apprehensio huius luctus est honesti apprehensio et conuenientis. ergo est consolatoria. Maiore presupposita ex diffinitione. minorem facile est deducere ex quibus plurimis conditionibus honestis luctui attributis. Luctus quippe iustus est et deo acceptus tanquam reddens deo quod suum est. vel dum punit peccata in se et in alijs deo odiosa. vel ab offensarum diuinarum reliquijs aut occasionibus liberari desiderat. ¶ Secunda consideratio. Non est inopinabile secundum eandem animam simul et secundum idem diuersis tamen respectibus lugere et consolari instar christi. Si enim concedimus animam simul intelligere recte et reflexe et de iudicio suo formidoloso certitudinaliter iudicare non videtur repugnantia quod de luctu actuali tanquam de obiecto simul habeatur actualis consolatio. Nec aliquid apparet obstare nisi quod motus horum actuum sunt ad contrarios effectus. vnus ad fugam. alius ad persecutionem. vnus ad dilationem cordis. alius ad constrictionem. Sed hoc vltimum de luctu et consolatione in sensualibus verum est ita se habere. in spiritualibus forte non eque. Quis rei satis videntur experientias dedisse sanctorum plurimum quorum vira cum in luctu continuo esset. facies tamen serena et iocunda et inter medias lacrimas miraliter hominis suauitate et tranquillitate respersa fulgebat ut in Martino. Dat exemplum climacus de puero simul flente et clare ridente. Et venerabilis Richardus tradit in eodem homine contemplatiuo simul esse raptum mentis ad diuina exemplo moysi positi intra caliginem in monte et simul fieri rebellionem in sensu more idolatranti in valle. Ad hoc potest trahi illud de enea. Mens immota manet. lacryme voluntur inanes. ¶ Vel dicamus. ut omnis caliginie tollat occasio. quod luctus et consolatio eandem animam tanta celeritate alternatim inuicem afficiunt quantam discernere non valeamus. Et consequenter ponet motus cordis quasi tremulus et mixtus ex constrictione et dilatione. forte similis motui capane dum tremuit. et corde citbare dominus resonat. et

ita mirabilis armonia fit in corde nostro ex hac mutua percussione luctus et consolationis/ qualem armoniam explicare si- cut difficile est ita experiri facile. **H**ūc tre- morem notabat exhortatio pphetica exul- tare iubens deo cū tremore. **E**xultatio q̄p pe sola dilatādo facile euānesceret. si luct⁹ reprimens nō induceret hunc tremorem: **Q**uo tremore tandē exercitata anima/mo- re alaude volitando cantantis/cadit in fe- licem spasimū. et in illam extasim rapit⁹ ubi dicat cū silentio Bonū est hic nos esse. **E**t illud. **I**n pace in id ipm̄ dormiā et requie- scam. **D**eniq̄ per dicta/ elucet verita- tes quas inopinabiles rident carnaliter sa- pientes. dū apls precipit esse sicut tristes. semp̄ alit̄ gaudentes. **E**t ppha. **F**m multitu- dinem dolorū meorū in corde meo cōsola- tiones tue lenificauerunt animam meam.

Tercia consideratio. **A**dversitates cor- porales/ et luctus sensuales/ trahūt de p̄ ac- cidens ad luctum bonū. **E**t se enī indiffe- rentiā habent ad honestū vel inhonestum. **I**ta p̄sp̄ritates et vana gaudia. et opposi- to vehementer impediūt. p̄pterea fortuna moderate aduersa securior est regulariter/ oprabilior/ q̄ multū prospera. **H**ec qui- dem deduxit certa ratione **Boetius**. **E**t sa- pientis vox affirmat dicentis **Helius** est ire ad domū luctus q̄ ad domū conuiuij. **I**n illa enī finis cunctoꝝ admonet homi- num vt viuens cogitet quid futurū sit. **E**t rursus. **R**isum putauit errorem et gaudio dixi quid frustra decipis. **Q**uod si omnia que cōsiderationē nostrā informāt de lau- de tribulationis/ et prosperitatis deceptio- ne inducere voluerō/ non dico partem ser- monis nec sermones integros/ imo nec li- bros multos ad hoc suffecturos esse scio. **L**egatur **Chris̄** in suo de p̄p̄tione cor- dis. **G**regorius in moralib⁹. **S**uillhelmus parisiens̄ in suo de virtutibus de laude tri- bulationis et paupertatis. **E**t cōpilatio illa commūis de virtutibus et vicij⁹ pro/ sus et optima. **B**onauentura in stimulo cōscien- tie et alij plures. **E**t in hac cōsideratione stabiliri possent omnes beatitudines euā- gelij hodierni. p̄sertim prima et nostra hec tertia et vltima. **E**mersit p̄siliū **Platonis** et similij vt assidua esset mortis meditatio.

Quarta consideratio. **E**t si in beatis nō erit amplius luctus neq̄ clamor. sed nec vllus dolor. tamē pro hac valle miserie ille

regulariter qui beator est/ est luctu bono plenior. **C**onsideratio ista ab **Augustino** ponitur in suo de ciuitate dei. **E**t adeo p̄ve- ra est. q̄ nullus vnq̄ tantum luxit quantū christus caput nostrum et benedictus in secula. **N**ō quidem pro suorū sed p̄ no- stroꝝ apprehensione peccatorū. etiāq̄ ab instanti sue conceptionis gloriose vt q̄ dam tradunt. **I**ta luxit **Maria**. **I**ta **pau- lus**. **I**ta **petrus** et ceteri innumeri/ post ple- nam et certam suorū peccatorū remis- sionem. **I**taq̄ ista tria se hic per commu- nicationem quandam amplectuntur. bea- titudo. luctus. consolatio. **E**t ex opposito ad considerationem nostram. inferre licet illos esse hominum miserimos et a beati- tudine remotissimos pro hac vita/ qui vel ex elatione vel ex vana cōsolatione vel pec- catorū nimia obduratione/ lugere fugi- unt. horrent. despiciunt. **I**gitur beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. **H**ec tandem sumpta sint ex sc̄da radice/ in hoc termino luctus adherente.

Pro tertia et postrema edificij no- stri structura cōsumanda in hoc termino consolatio/ repetere non pigeat quid est consolatio. **C**onsolatio est habitus anime quo inclinatur amplecti quodammodo et vnire sibi obiectum. sub ratione boni honesti et conuenientis ap- prebensum. **C**onsolatio autem actualis/ est vitalis et mulcebris motus anime/ et tali habitu et inclinātōne cōsurgens. **E**cce q̄ duo concurrunt ad integritatem bo- ne cōsolatōnis. apprehensio potentie co- gnitiue. et ratio obiectalis honesti et con- uenientis. **E**t quoniam potētia que ap- prehendit si sit indisposita et ab armonia debite proporzionis discrasata/ faciliter decipitur in iudicio. aut quandoq̄ nihil sentit. oportet omnino nostram cogniti- uam ratiōnalem bene dispositam esse/ si be- ne per eam querimus apprehendere/ et in obiecto conuenientis honestatis cōsola- ri. **E**xemplum a sensualitate sumamus. **D**a febricitati vinū/ illud amaricabit lin- guam eius. **O**stende lippo lumen gratissi- mum/ ille cōturbabitur. **E**sculceratum pal- pa leniter. tamen non delectationē sed do- lorem acerrimū inferes. **O**dores suauissi- mos nō sentit reumaticus. **S**urdastris nō est delectamēto vox canora/ dulcisq̄ sym- phonia **N**ō secus estimandū est de sensib⁹

Sermo factus in solennitate

anime interioribus. Quid me respicis quid admiraris si rationi suos quinque sensus esse dixi. Nonne est in ea visus spiritualis quo cernitur pulchritudo decor et candor lucis illius eterne cuius lumen signatum est super nos. Duo visu videre nonne se dicit apostolus. Nunc per speculum et in enigmate. tunc autem facie ad faciem. Est auditus spiritualis quo percipitur summa armonia veritatis. De qua prophetam ait. Audi quid loquatur in me dominus. Est preterea gustus ad quem invitabat idem prophetam. Gustate et videte et cetera. Est insuper tactus spiritualis. alioquin non dixisset sponsa sponso in canticis. Leua eius sub capite meo et dextera eius amplectabitur me et osculetur me osculo oris sui. Denique olfactum esse in ratione probat vox eiusdem sponse ad sponsum. Trabe me post te. curremus in odorem virginitatis tuorum.

C Nos vero cogitationes et motiones et sensationes huius quintuplicis sensus radicate in vno libero arbitrio hominis soliti sumus appellare nomine visionis. ut vide quod sonet. quid ledit. Et secundum hoc proprie et integre dicit Augustinus quod visio est tota merces. Nam amor et dilectionem cum delectatione. hoc modo visio in se claudit. et hoc modo qui plura diligit plus cognoscit. Hoc modo contemplatio ad felicitatem sufficit integrandam.

Proinde sensibus istis quinque reformatis et sanatis per luctum. Nam luctus est potissimum ad hominum purgationem et sanationem instrumentum. quis non agnoscat quod vehemens delectatio consequatur ex coniunctione cuiuslibet hominum sensuum cum suo obiecto convenientissimo. Et quod est obiectum illud. utique deus omne bonum sicut dominus Moysi repromisit. Ostendam tibi omne bonum. Ipse nimirum est visui summa pulchritudo. auditui summa armonia. olfactui odor suavissimus. gustui panis saporissimus tactui summe suavis intimitas et coniunctus. Vide quod coniunctus. Nam qui adheret deo vni spiritus est cum eo.

Hec omnia Augustinus. Gregorius. Hugo et ceteri theologisantes nobis valde impares passim cantant et nos circa pugnas verborum circa fantasmiarum fumos plus obnubilantes quam illuminantes. plus fumantes quam flammantes. languemus. artamur arescimus atque vane scimus. ut ob tales forte dixerit climacus theologiam non convenire nisi iugentibus.

Et pensate precor. precor advertite. si

sensus naturales et imperfecti tanta nos oblectatione trahant et rapiant etiam usque ad furiam ex apprehensione obiectorum. plane imperfectorum et plurimum amaritudinis habentium. quis existimare sufficere quanta est illa delectatio. quantus torrens voluptatis sobrie et sincere. dum perfectissima potentia obiecto suo perfectissimo sub hac ratione quintuplici simul apprehensione coniungitur et vnitur. Hoc sensit intime qui tam alte clamavit. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. quam abscondisti timentibus te. Vellem nobis tempus sufficere ad confirmandam hanc veritatem exemplis illustrissimis sanctorum illorum quorum memoriam recolit ecclesia. Nam per adaptationem quamdam liceret hos quinque sensus ad quintuplicem statum beatorum traducere. Olfactum ad patriarchas et prophetas. Visum ad apostolos et discipulos. Auditum ad martyres. Gustum ad confessores. Tactum spiritualiter ad virgines et continentes. Ostenderemus quemadmodum luctus purgavit et sanavit hos sensus illis septima beatitudine mediante. Et ex descriptione boni luctus illud palam elicit. Luctus sanavit olfactum a fluido reumate affluentium bonorum terrenorum per paupertatem spiritus in patriarchis et prophetis. etiam inter medias divitias. Luctus purgavit visum ab inflatione superbie tumide et ab acrimonia vindicte felle atque pungitive. per mititatem in apostolis. Luctus purgavit auditum in martyribus ab impletione tremula terrenarum solitudinum et a proprii commodi viscositate per esuriam iusticie et misericordie impensionem. Luctus purgavit et sanavit gustum in confessores a febrili et sordido humore sedorum desideriorum per mundiciam cordis. Luctus denique purgavit et sanavit tactum spiritalem in virginibus et continentibus ab inquietissima pruriginis fede carnalitates per pacem spiritus. Porro neque lingua dicere neque mens percipere potest quanta ad hanc sanitatem et reformationem a luctu facta subsedit sit solatio. Ex magnitudine suorum effectuum eius plenitudo concludatur. Nec nempe solatio suo odore traxit abraham de terra et congnatione sua. et imolationem propriam virginum nihil impedere conpulit. Sic de ceteris patriarchis et prophetis suo modo. Nec solatio sua pulchritudine ducebat apostolos gaudentes a conspectu patris et cetera. Per ipsi dulcem armoniam

lapides stephano. ignis laurentio. Agate
carcer. cabones igniti Tyburtio. Vincē-
tio sartagines dulcescebant. Quid ampli-
us? Per hanc vtiq; solatōez lapidissimā va-
sta solitudo heremi. fames. sitis. nuditas.
et omnia que horrida et aspa humana mo-
ralitas refugit. ea a beatis cōfessoribus vl-
tro suscepta sunt. Deniq; tenelle puellule/
hac consolatiōe diuini amplexus confor-
tate/ excinverunt impetum ignis concupi-
scētie infernalis. eis placuit celibatus. nu-
ptie despecte sunt. mors omniū terribilior
absq; villo terroze suscepta est.

7 Bene ergo habet

hic tertius fundamentum in hoc termino
cōsolatio. validum est sicut precedentia. et
sustinere sine collapsu structurā q̄drifarie
considerationis potest. **P**rima conside-
ratio. Lugentes non soluz non contristat
quicqd eis acciderit vt de iusto sapiens lo-
quitur. sed etiā ipos letificat et consolatur.
Ratio in promptu est. qm̄ apprehendunt
quicqd euenit eis/ tanq; missum eis a pa-
tre misericordiarū. et a sapiētia diuine pro-
uidentie. que attingit a fine vsq; ad finem
fortiter et disponit omnia suauiter. tanq;
etiam cooperans in bonū suū fm̄ aposto-
licam sententiam. Sic illud mors. sit tri-
bulatio. sit angustia. sit letum. sit triste. eo-
dem per omnia vultu. eodem luctu. eadez
consolatione pugnant per arma iusticie a
dextris et a sinistris. **M**iraf hic aliquis
de sāctis nostris. **D**iret quō epicurus vo-
luptatis assertor dixit (teste Seneca) Jo-
cundū esse virtuoso/ torrerī in tanto phala-
ridis. Et dum moriens vermib; scateret.
hāc vocē emisit. felicissimū hūc dies et bea-
tissimū ago. **N**ōne p̄terea s̄ vidit oculatis-
simus phoz Aristō. dicēs i virtuoso oīa
cōsonare ratōni. **I**gitur erāt fideles isti
phi opponet aliquis aut absq; fide intelli-
gi possunt q̄ credunt. **U**bi est ergo illud/
nisi credideritis. nō intelligetis? **E**go autē
quales isti fuerint phi nō disputo. **S**cio
tamen nec mentitū fuisse phm. nec intelle-
ctū talitū mercatū haberi posse/ absq; p̄uia
fidei saltē informis collustratione. **E**t for-
te veritas sese p̄ ora infidelitū sicut oli p̄ asi-
nā Balaam et p̄ caiphā reuelauit. **P**ro-
pterea ipos intellexisse plene q̄ dicebāt nō
asserō. s; ita tamē scētūdū esse cōstāter affir-
mo. **S**; dicūt nos dicere ita/ vl' ad fauorē

fidei vel religionis adulationē. vel nostre
p̄fessionis laudem. quasi vicz officii n̄ m-
mentiri sit. **B**arriant qd voluerint/ p̄fe-
cto. et si cessaret nūc oīs obligatio ad fidez
et religionē/ certa tñ et cōperta ratio in hac
me viritate teneret. beatos et cōsolatos esse
lugentes in multis quoq; veritatib; fidei
non minus extraneis. **S**ubinde mira-
culum hoc consolationis in aduersitatib;
fit ex gr̄a dei specialiter. et ex forti actuatiōe
rationis in recogitatione diuine prouidē-
tie paterne omnipotentissime et sapientis-
sime et optime. **Q**ue actuatio fortis/ vl' tra-
bit ad se vel impedit actus inferiorum po-
tentiarum. aut saltem ne suum actum im-
pediant dimittit et remittit. **F**undat hoc
in illa regula phie. **M**aiores motus/ im-
pediūt minores. **Q**uod autē in christi pas-
sione non ita contigerit. miraculose dispē-
sationis fuisse dubium non est. **D**ic in-
gerit se corollarium de te beata virgine q̄
regina celozum vocari digna es. quia duz
tuam pertransiuit animam gladius passi-
onis filij tui. anima tua nihilominus con-
solatiōe plena fuit. **D**eniq; ex his elucet q̄
pacto in sapientē neq; iniuria cadit. neq;
lesio. **S**ecunda consideratio. **E**picu-
rus collocans hominis felicitatez in volu-
ptate animi si cōsequēter locutus ē posuit
eam silt in luctu pro statu presenti. **I**taq;
dici nequit. q̄ felicitas nostra sit in volu-
ptate/ nisi comitante. **N**on enim ipsa est fi-
nis vltimus. sed solus deus per dilectōnē
et cognitōnem apprehensus. **C**omitatur
autem pari modo de necessitate felicitatez
istam/ luctus consurgens ex apprehensio-
ne malozum vt ibi nonesta sunt vel hone-
statis impeditiua. **D**icere enim q̄ cum vi-
cijs et erroribus/ possit haberi vera volu-
ptas et pax animi. est ponere incompassibi-
lia. **D**ominus erat qui dixit. **N**on est par
imp̄ijs. qm̄ natura/ p̄ os synderesis/ iugit̄
vitijs obmurmurat. et p̄ intelligentiā erro-
rib; quemadmodum lapis extra locū posi-
tus. inquietus quodāmodo est. cuius sig-
nū accipimus/ qd̄ premit obstātia. **D**inc
collaudandus est eraclitus quez referunt
Iuena! et **S**eneca/ cōtinue fleuisse. col-
laudāus si flebat eo fine et circūstātijs/ q̄/
bus oportebat. **T**ertia cōsideratio. **L**u-
gentes qui habitant in sepulcris qui mo-
riūt̄ tota die sic oues occisiōis q̄ exspectāt
in seipis. q̄ renuūt solari vt solent. q̄ de

Sermo factus in solennitate

scendunt in infernū viuentes. hoc est cōsi-
derando illū sibi p̄cauent. suscipiūt etiam
in hac vita maiorē consolationē q̄s qui cō-
solationibz carnalibz et indignis/ se totos
precipites dant. Quoniā ibi mox delecta-
tio effluit. et stimuli graues et hami inclusi
fixi manent/ infelicem animā corrodētes.
adeo q̄ longe maioris vite sunt boni plu-
riq̄s. cui sit in eis secunda et leta mens quasi
iuge cōiuiuiū. animus vero gaudens etate
floridā facit. **Quarta consideratio.** Ho-
mines corrupti sensus spiritualis p̄ sapiē-
tiam terrenāz animalē et diabolicā/ non
plus audiendi sunt. non plus consulendi
aut credendi si contra ea que diximus de
luctu et beatitudine et consolatione latraue-
rint/ q̄s si porcus laudaret voluptatem cul-
patis mundicijs. Aut quomō febricitans
vel mulier pregnans vel aliter lesus/ audi-
retur/ si contra sensationes eoz hominum
qui sani sunt/ disceptarent. **Utrubiq̄ enī**
par est ratio deceptionis non credēdo. cor-
ruptio sc̄z iudicij/ ex corruptione potentie
apprehēdentis iudicantis. **Propterea**
de consolatione et beatitudine nostra/ plus
aliquādo credendū est simplicibz idiotis
tanq̄ plus in hoc vere sapientibz. et per ex-
perientia intīmā philosophantibz. et qui
pro consuetudine et luctu et gratia/ puros
habent sensus interiores/ q̄s alijs quātūli-
bet eruditīs cū suis corruptiuis et fedis de-
siderijs/ obnubilantibz amaricare desipe-
q̄s facientibz/ omnē sensum ratōnis. cuius
corruptionis/ manifestū signū est q̄ dole-
re nequeūt de peccatis. Quid dico neque-
unt. **Et tunc etiam cū malefecerint. exultāt**
in rebus pessimis. **Adeo sensus eoz a san-
ctitate et a vita bona lōge abest.** adeo proz-
sus obtorpuūt. **Et quoniā tanta occurrit**
nobis hodie testū turba sanctorū sanctaz
q̄s omnīū/ nobis testificantū cū xp̄o/ bea-
tos esse qui lugent qm̄ consolabunt. profe-
cto nō minus eis in hoc quā phis in alijs
suis inuestigationibz credere equū ē. **Utri-
q̄ enī par est ratiocinationis fulcimentūz**
in experientia sūū. vt palam tradit diony-
sius. viij. c. de diuinis nominibz. **Et domi-
nus Anthoniodorēsis in ca. de dono sapiē-
tie.** Liceat igitur non sola credulitate/ sed
etiam cum intelligentia/ fideliter asserere
thema propositū. **Beati qui lugent quoniā**
am ipsi consolabuntur. **Stabilita veri-
tate fidei nostre super hoc triplici funda-**

mento trium terminoz sumpti thematis:
beatitudo. luctus. cōsolatio. et fide ad intel-
lectionē sicut arbitroz deducta. nō ad me-
riti euacuationē (semp enī prime veritati
nō rationi fides innitit) sed ad eius cōtra-
reprobos irrisores p̄coniū/ tota in amōni-
tione transeat et finiatur oratio. **Lugentes**
et penitētes audite cum gaudio premi-
um vestrū/ ne vos absorbeat tristitie ex-
citium. **Audite beatos esse qui lugent qm̄**
cōsolabunt **Beatus vero luctus/ ad cuius**
mensam in secreto mentis cenaculo duo/
decim fructus spūs ministrant enumerati
ab ap̄lo ad Gal. v. **Charitas. gaudij. pa-
tientia. benignitas. bonitas. lōganimitas.**
mansuetudo. fides. mundicia. p̄tinen-
tia. castitas. **Salubris luctus qui egypti-**
p̄riacā vitioz turbā/ funditus mergit. qui
capita draconū hoc est initia malarū sug-
gestionū/ cōtribulat in aquis suis. qui sup-
aquas babilonis sedens et flens/ allidit
paruulis eius ad petrā. qui sorde carna-
litate ablues/ obliuionē etiam inducit lu-
urie magne. cui cōsolationi nō miscetur
alienus. cui cedit luctus infelix mundane
aduersitatis tanq̄ si clauus clauo retūdū.
Et o deus equissime si tam obstinate re-
fugiūt homines luctū/ querētes cōsolatio-
nem. quo pacto nō intelligūt qm̄ ideo sal-
tem lugere deberent vt cōsolarent. **Expia-**
tur licet quāta est in luctu bona iocūditas
q̄s quis cortex amarus videat. **Aut si nōduz**
istud expti sunt/ vel expiri nolunt. credant
exptis. credant demōstrationibz phicis. si
dem habeāt his hoibz qui sicut soli vtrāq̄
cōsolationē expti sunt carnalē primit. po-
stea spūalē. **Ita soli de vtrāq̄ certūmū ex-**
mutua collatōe ferre p̄nt iudiciūz. quē ad-
modū fuit Aug. et alioz plurimi. quibus
gustato spū/ continuo desipuit ois caro. et
horrozi etiā fuit. **Et audi ex me. parum enī**
esset auctoritatis in experientia mea s̄z expro-
crede. **Dic tu nobis bernarde Quid d̄ hac**
cōsolatōe iudicas? **Qui semel in p̄templa-**
tione diuinā dulcedinē degustauit. nescio
an ipaz gehennā ad t̄pus horribili expti
penali? ve ducat/ q̄s p̄ spūalis studij hui?
degustatōez aut suauitate/ exire denuo ad
molestias carnis et ad carnaliū sensuū tu-
multus. **Hoc exptissimū talū et testis vera-**
cissimū dixit cui discredere nefas ē. **Sed**
his auditis suspirat p̄tina ad cōsolatio-
nem hāc habendā. vt igitur lugeat necesse ē.

Sed lugere volo in
solennitate et non
fides namque et co
liberum accip
quodammodo
sua imper
sua corbis tu
probat aque sua
et a beata illa qu
na magistra qu
nuit per narratio
et oratio sua dicit
cur et alie medita
idonea p̄ scilicet
ce p̄tinentia an
los nō in crantim
nuit ad quod g
curi sunt huius
ri p̄tinentia
no p̄tinentia
deus misericordie
lectus in igne ex
omni pecunia ve
nos etiam at. si q
neque cōtrib
nōcē quātūla su
fate luctus sumus a
sed tunc ad sepa
frenca m̄ p̄tinentia
emplo ḡtinentia
vanitas p̄tinentia
um p̄tinentia
ne trahit in inf
is dies suos in p
dunt. **Quos boni**
et gaudij et cō
nōtū qm̄ bea
tationis in nob
sua ḡtinentia
tam in huius p̄
benedictio in secul

Alius ser
no de omnium luctu
calam.

E **Alius ser**
profectu
et leno
cristian
te ecclie
hoc dicitur
paratū ad qu

Sed lugere volo inq̄es nec valeo. q̄si vi-
delicet nulla et nō penitus yberima esset
fletus materia ⁊ eo maior quo minus flet.
Nihilomin⁹ accipe consilium tu hodie ad
aliquē sanctorū cōuertere. vt tibi grām hāc
luctus sua impetret oratio/ p̄curat deus si
licem cordis tui/ virga discipline/ vt inde
profluāt aque suauissime ⁊ largissime. sic
enī a beata illa/ que fletu diluit peccata ma-
ria magdalena. quidā luctus gratiaz obtri-
nuit fm narrationē **H**uibelmi parisiē. i
rhetorica sua diuina. q̄ in hac materia/ si-
cut ⁊ alie meditacōes sanctorū/ plurimū est
idonea p̄ p̄cussione mentis ad luctū. **E**c-
ce p̄stituiam⁹ ante p̄sideratōnis nostre ocu-
los nō in transitu sed in p̄fundo fixoꝝ in-
tuitu/ ad quid geniti sum⁹. quid ⁊ vbi fu-
turi sum⁹ ignozam⁹. Quid si abesse p̄rige-
rit p̄pter momētaneā delectatiōculā ab et-
no p̄sortio beatoꝝ. quāta esset illa cōfusio
deus misericordie. quāta desolatō. **I**te ma-
ledicti in ignē eternū. **S**i fletur lachrimis
amissa pecunia veris. si moꝝ amici/ pene
nos exanimat. si quaecunq̄ infortunium
nos tpale cōturbat. **D**eco oia ad aīe nostre
morē quātula sunt. **Q**uale portētū est ge-
stare secuz funus aīe. p̄prie/ nec iam gestare
sed trahere ad sepulturā infernalē. ⁊ instar
frenetici inter p̄pria mala ridere ⁊ iocari. ex
emploꝝ vituli qui ducit ad mortē petulco
vanitatis pede saltare. **N**ōne p̄terea gaudi-
um p̄sens sicut punct⁹ est/ a quo linea mise-
rie trahit in infinitū. **E**t qui ducit in bo-
nis dies suos in p̄ucto ad inferna descen-
dunt. **L**uctus bonus/ ecōtra lineaz descri-
bit gaudiōꝝ ⁊ consolationis sine termino
duraturā. qm̄ breue hic ⁊ momētaneū tri-
bulationis in nobis supra modū immen-
sum glorie pondus operat in nobis. p̄ gra-
tiam ⁊ in futuro p̄ gloriā p̄stante eo qui est
benedictus in secula seculoz **A**men.

Alius sermo fact⁹

in die omnium sanctorū per eundem can-
cellarium.

Exultate qm̄ merces vestra co-
piosa est in celis. **M**at. q̄nto
et sententialiter **L**uc. vi. **D**o-
ctissimi ⁊ sapientes viri. veni-
te exultemus dño. quoniam
hoc habet hominū cōmunis natura. vt d̄
patria sua/ nescio qua dulcedine/ cunctos

loqui pariter audireq̄ delectet. **N**on dege-
nerem⁹ igit ab hoc pio naturaliq̄ deside-
rio dñi de illa mercede celoꝝ que vere p̄ria
nra est. patria finalis ⁊ eterna/ sermonē fa-
cere instituiamus. **N**emo claudat aures. vel
alijs tumultuosus existat. obmutescat gar-
rulus sūmurmurās. puerilis sibilatio q̄
libet cōticescat. quinetiā seclusis ad tps re-
iectisq̄ omnib⁹ ad aīe hostiuz pulsantib⁹/
audiam⁹ et exultem⁹. qm̄ merces vestra co-
piosa est in celis. **Q**ō vt agere ⁊ loq̄ digne
possim⁹/ disp̄faticē mercedis illi⁹ exoran-
tes salutem⁹ p̄ illud angelicuz. **A**ue maria
⁊c. **E**xultate qm̄ merces vestra copiosa
est in celis. **S**i apud incredulos ac vere re-
ligionis exptes habend⁹ mihi sermo esset/
eniti primū oporteret argumētis stabilire
mercedē iustis. ⁊ reprobis suppliciuꝝ post
hanc vitā nō deesse. **Q**uisquis enī hoc vel
negat vel in dubiuz reuocat/ cetera que de
virtutib⁹ ac pietate disserueris/ facile p̄te-
nit. **A**uero/ melius nūc meū p̄prehēdiō/
siusq̄ agit qui orationē factur⁹ sum⁹/ viris
xp̄iana fide ac pietate diligēter imbutis. q̄
bus certe p̄suasum esse debet ⁊ fixa creduli-
tate stabilitum/ quoniam qui bona egerūt/
ibunt in vitam eternam. qui vero mala/ in
ignem eternū. **N**ec incredula mente susci-
piunt vocē nri thematis. **E**xultate quoni-
am merces v̄ra ⁊c. **N**am si de⁹ ⁊ remunera-
tor est in se credentiū quēadmodū publica
nedū theologoz verūctiaz p̄hantiū ⁊ vni-
uersaliter omnū ratione vrentium vox ac
clamat. alia post hāc vitā iustis merces ne-
cessario sperāda est. **N**eq̄ enī diuinitatis
iusticie pietatisq̄ cultozib⁹/ sua merces in
hac vitā dat que creberrimis exerceſ erum-
nis. qz omnes q̄ pie volūt viuere in xp̄o p̄
secutionem patiunt. **N**ec desunt exempla.
Verte oculos ad quēlibet sanctorū omniū
quozum hodie celebritas memorat. **A**ssi
mortalē p̄sentis vite sue cursuz discusseris
quid oro te nisi durū penale acerbū ⁊ quo-
tidiane mortificationi simillimū reperies
Propter te inq̄t p̄pheta mortificamur to-
ta die. et apls. **S**citis hec. **R. p.** ac fratres
in xp̄o p̄cipuiz idoneis testib⁹ sapiēter cre-
didistis. **T**estib⁹ inquā qui nec fallere vel-
lent. quippe p̄ sua assertionē nihil in mun-
do hoc nisi tormenta mortem flagellaq̄ re-
portantes. **Q**ui nec p̄terea falli possunt
qui inspirate deo locuti sunt. ij. **P**etri pri-
mo. **Q**ō si quis i hoc ceru venerādo ita

Sermo factus in die

perditus esset et indomite ad fidem ceruicis/nondum futuram sanctorum mercedem crederet. Abscedat peccator. Nō expectet vt illud sibi pbandum assumā et ingeraz solem cecis oculis. **Nā** (o deus equissime) quid apud illum ageret mei sermonis exiguitas/ qui tot et tantis/in cassū audit doctissimorum. sanctissimorumq; assertiones. testimonia que credibilia facta sunt nimis. pbationes et oracula. qui et ipam spernit diuinā et celicā xpī vocē dicentē. **Exultate** quoniā merces vestra copiosa est in celis.

D **U**is igitur scire o fidelis anima. nā ad talē mihi sermo est. vis scire q̄ copiosa merces sit in celis. nō ego sed dñs ipse respondeat **Scñ. xv.** Ego ptector in us suz et merces tua magna nimis. **D** vere magna merces nimis deus. **E**t tā magna p̄sus vt nihil magis posset cogitari. et quicqd de mercede sanctorum aliud dixeris. pro rei magnitudine parū est. exigūū est. indignū est. **I**lla quippe est que in se supeminēter habet statuz omnium bonorum aggregatione pfectū et superexcellenter in se amplectit/ quicqd diuitiarū/ quicqd delectationis/ quicqd bonoris et glorie desiderabile est anime rationali. et vltra in infinitū auctius pfectius et excellentius. **G**randis sane excellentia atq; dignitas creature rationalis. **E**t ita q̄ tam capax fecit deus. vt nihil min⁹ eo ipsaz replere possit. quietare nihil. nihil satiare. **Hinc Aug. i. p̄fess.** Fecisti nos ad te. et inquietū est cor nostrum donec quiescat in te. **Qua i. re canit p̄beta.** Pars mea de⁹ in eternū. **E**t alibi. **Portio mea zc. Iterū.** Dñs pars hereditatis mee zc. **Bona vtiq; pars et magna portio deus.** **E**t cui non sufficit/nimis auarus est. nimis auidus et stolidus. **L**etamini igit in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde quoniā merces vestra copiosa est in celis. **S**i pondus laboruz vos premit. **S**i propter iusticiā patimini. **S**i fame siti frigore corpora vestra propter christuz atteruntur. **S**i ad obedienduz deo castigatis corpus vestrum et in seruitutē redigitis. si malesuaues sp̄ntis voluptates. honores vanos calcatis. oia deniq; vt stercorea arbutramini. gaudete quoniā nō sunt cōdigne passionis huius temporis ad futurā gloriam que reuelabit in nobis. **S**ileat querela de labore cū tam certa spes sit de denarij diurni p̄solutione. **A**uuc fatigati parū

q̄ gemitis. **S**ed exultate quoniam zc. **S**ed animi nostri naturā agnosco. singularium enumeratione magis capitur et mouetur. **L**ibus integer minus sapit et cōtrita suauius redolent aromata. q̄ obzrem decisior fiat noster sermo de sanctorū mercede. et ex visibilibz ad inuisibilia transeuntes deducamus a posteriori vt possumus quāta erit et q̄ multa sanctoruz retributio. **E**x his que apud nos hic agunt videntur q̄ et tanq̄ aliquo curru vtamur consideratione sensibiliū ad ea que sensum latent vt cunq; latent capienda. **N**ecq; enim in suo fulgore et lumine videri potest a nobis viatoribus et corporea mole pressis/sanctorū merces que deus est/ si non aliquibus inuolucris et similitudinibus rerum corporaliū fiat obumbratio quedā. prout diuinus dixit pater dionysius. **E**t inter plurima (quoniā tempus et res exigunt) veramus oculos nostre considerationis ad almā hanc vniuersitatē parif. matrē nostrā. cui nūc cōmemorata ample dicta intueamur diligenter et solerter ea omnia que ibidem fiunt et tractant. fortassis agnoscem⁹ q̄ si tñ delectatur et afficitur anim⁹ in bonis minimis. **S**i tam rebelementi sollicitudine tam vario multoq; studio in ymbra et vestigio per modicū veri boni nostrum figitur et agglutinat desiderū. **S**i deniq; similitudines huius pulcritudinis sapientie et bonitatis in sui delectatione tam incredibiliter nos incendunt inflāmant et capiunt. magna esse prozsus et miranda non ambigamus que de hac sanctorum mercede sperare iubemur et debemus. nec inanē cōhortationē esse nostri saluatoris. **Exultate** quoniam merces vestra zc. **A**ssurgat igitur nostra cōsideratio et quadruplex bonum vel si rectius loqui libet quadruplicis boni ymbra vestigiuz et odorem/recogitem⁹. **I**n hac alma vniuersitate matre nostra/ amari pro mercede siue pariter et conqueri. **I**n artium facultate/ merces est/ naturalium rerum cognitio. et habitudinis causarū ad effectus quo ad bonuz q̄daz honestū et liberale. **I**n medicine facultate/ merces est sanitatis adeptio/ restauratio seu conseruatio. quo ad bonū placeus et delectabile. **I**n decretorū facultate/ merces quedam est tranquilla ciuium cōhabitatio. par atq; delectatio/ quo ad bonum conferens et vtile. **P**ostremo in sacre

E

theologie facultate merces ē / ppositio mo-
 ruz / z alia diuinoꝝ ptemplatio quo ad bo-
 num heroicū z supnaturalē. ¶ **M**agnus
 esse putamus. R. p. et mgri magnus si vel
 vnā aliquā ex his mercedibꝫ adipisci con-
 tingat. Tertū rei huiꝫ faciunt iudiciuz / la-
 bor assiduus z iuge studiū. vigilamus. lu-
 cubramus. z cū multa cerebri vertigine et
 oculoꝝ lesione / libros totos euoluimus.
 Exulamus vltro a p̄ria dulci. charos pa-
 rentes linquimus. estuamus. algemus. si-
 ti fame pauperie z mille incōmodis affici-
 mur. dura quelibet z aspera pperimur. Ad
 quid ista nisi vt vel in vna vel pluribꝫ pre-
 dictaz facultatū excellentiā mercedis quā
 pollicentur assequi valeamus? Et tñ obse-
 cro in his omnibꝫ quid pfectum. quid soli-
 dum. quid vesatiatiuū. imo si veritas acri-
 iudicio metiat. quid nō diminituz inane
 anxiū supuacūqꝫ repies? Potest attū tā-
 ta nos efficacia / talis spes ex illis attrahe-
 re imo z impellere vt in tot grauibꝫ z mole-
 stis studioꝝ laboribꝫ gaudeamus iocūde-
 mur z exultemus. Quale hoc z quantum
 est argumentū o scientifici z pcellētes viri
 de eterna mercede sanctorꝫ si si p̄iale z mo-
 mentaneū nos cōdelectat premiū de felici-
 tate patrie. Si sic placere potest exiliū val-
 lis miserie. de veri summiqꝫ boni sup ple-
 na gustatione si tantū saporis est in eiꝫ per-
 tenuissimo odore. Quāobre oēs qui spe-
 ratis in dño / quoz ouersatio in celis est. q̄
 sapienti p̄silio nō facitis de naufrago ma-
 ri portū. de via vbi libet obsessa terminuz.
 nec habetis hic manentē ciuitatē. sed cum
 ap̄lo futurā inquiritis. Exultate qm̄ mer-
 ces vestra copiosa est in celis. ¶ **Q**uōsi diu-
 tius in p̄assumpta similitudine vera fari
 libet. quatinꝫ ex his q̄ animꝫ nouit. Sur-
 gat ad cognoscēda que nō nouit. et p̄ ea q̄
 didicit amare. discat z inuisibilia diligere.
 Ostēdamus vt possumus in vniuersitate
 illa supcelesti que est mater nostra z libera-
 fm̄ aplm̄ / p̄fectissima sincerissimaqꝫ veri-
 tate constare omnia q̄ in hac inferiori vni-
 uersitate tanqꝫ in eius figura quadā z ima-
 gine nō sine multa impfectionis admixti-
 one continent. ¶ **N**ūquid vniuersitas il-
 la supercelestis / grammatīcā habet. sermo-
 nis cōgruitate elegantia z p̄prietate venu-
 stissimā? Nulla soloecismozū barbaris-
 morumqꝫ vitia. nulla barbaries incogni-
 ta. nulla subinde verborum sententiarūqꝫ

ieiuna pauperies. Scdm̄ hanc beatissi-
 mi spiritus illi angelici z humani / quozū
 celebritas agitur. nūc mutuo nūc cuz deo
 cogitatōnes intimas affectionesqꝫ loquū-
 tur z audiunt. Quos enī aut surdos eos
 quis dixerit? Cum audiat aplm̄. i. Coꝝ
 xiij. Si linguis hominum inquit loquar
 pariter z angelozum zc. z Isaias refert se-
 raphin clamare Sanctus. sanctus. sanctꝫ
 dominus deus sabaoth. z talia sunt absqꝫ
 numero. Verū quomō fiat ista locutio / qz
 nuper z olūm disseruisse quod sentiebā me
 mini. non repeto. Vos igitur qui grāma-
 ticam diligitis Exultate quoniaꝫ merces
 vestra multa zc. ¶ **A**d logicā vero transe-
 mus. Cuius officiuꝫ est a falso veyz discer-
 nere. Sed o veritas quanti apud nos re-
 periunt fallaciarum laquei. quoz falligra-
 phe et fucate sophismatū tendicule. Atue-
 ro in vniuersitate illa celesti z mercede san-
 ctozum / abest omnis ab eozū logica decep-
 tio. neqꝫ falsum aliquod / veri faciem as-
 sumit. nuda fulget veritas. et yclamie nul-
 lo falsitas operitur. Siue beati illi vtan-
 tur syllogisticis enthymematicisqꝫ discursi-
 sibus. Seu potius (vt quibusdā placet)
 vnico rectoqꝫ intuitu cognoscant omnia.
 vel in verbo tanqꝫ speculo lucidissimo et
 exemplari perfectissimo cuiuslibet verita-
 tis. Seu etiam in genere p̄prio z hoc p̄yer-
 bum productū in anima ad similitudinez
 verbi diuini. qd̄ in se simplex existens sen-
 tentiosissimā est z numerose veritatis ex-
 pressiuū. Qui igitur logicā excolitis Exul-
 tate quoniaꝫ merces vestra copiosa est in ce-
 lis. ¶ **P**orro in rhetorica beatissimas at-
 qꝫ fecundissimas incolas vniuersitatis illiꝫ
 celestis abūdare certissimū est. nō ad abu-
 sum qualis apud nos inuenimur. ad mē-
 tiendū facile. ad ridendum mordaciter. ad
 fallendū vafre z nequiter. ad nectendū ca-
 lūnias infontibꝫ. deniqꝫ ad attollendū cō-
 tra veritatem mendacium. ad confunden-
 dum fasqꝫ nefasqꝫ. Sed rhetorica talis
 inibi regnat / per quam incessabili voce et
 oratione decora iocūda et florida / in hym-
 nis omnimodis et psalmis dei laudibus
 occupantur. per quaz insup sancti oēs tā-
 quā rhetozes peritissimi et patroni aduo-
 catiqꝫ disertissimi fidelissimi et placidif-
 simi / deflectunt iram iudicis. peccatoꝝ
 veniam. iustis gratiam / et gloriam impe-
 trantes. Nobis idcirco peccatoꝝ quoz

Sermo factus in die

causa in qua perdita est / confugere saluber-
rimum est consilium ad tales eloquentissi-
mos oratores. hodie precipue quonia mul-
tiplicatis intercessoribus / deus abundantiam
sue pietatis favorabiliter largiet. Qui
igitur rhetoricam colitis exultate quonia
merces vestra copiosa est in celis. **C**ete-
rum. si mathematicales scientias geometri-
am loquor arithmetica musicam et astrono-
miam in celis ponimus / non fallimur. non
quod tales per omnia sit usus scientiarum huius-
modi apud illos / qualis apud nos existit.
Longe perfectior est atque diuinius. ubi om-
nia nude conspiciuntur facta in numero po-
dere et mensura. **M**usica pre ceteris ita il-
lic exerceri perspicuum est / ut non alia videa-
tur sapientissimo Augustino esse beatissi-
morum illorum spirituum occupatio / quae ut
pleui sint modulis in laude et canore iubi-
lo. ubi una vox est letantius et vnus ardor
cordium. **F**elix illa ciuitas in qua magna
solennitas et in qua iocunda curia que cu-
re prozsus nescia. **N**am sicut letantium om-
nium habitatio est in te. **I**dcirco beati qui ha-
bitant in domo tua domine in secula seculorum
laudabunt te. et cantabunt canticum nouum in
choro et tympano cordis et organo. **T**or-
pterea mundus concinet auribus beatorum car-
men pulcherrimum et armoniam numerosam
suauemque resonabit. **I**ta etiam ut quod mireris /
infernales gemitus stridores horridos et
rabidi ululatus demoniorum concurrunt ad
integritatem melodie homini dulcissime. quod in
inferno tenor est iusticia. et in celo mollior
cantus misericordia. **I**uxta illud **M**iseri-
cordiam et iudicium cantabo tibi domine. **Q**uod per
funde notatum est in hymno paschali. **L**uz
ei premitur / auroza lucis rutilat etc. **S**ub
infert pro integritate carminis / gemens in-
fernus ululat. **A**mplius essentialis beatitu-
do sanctorum instar tenoris cuiusdam inenar-
rabilis pseuerat. **A**ccidentalis vero instar
discantur varij. **N**unc intensior accrescit alius
nunc remissior deplius sonat. **Q**ua in re ni-
hil esse dicit deuotus **B**ernardus. quod magis sta-
tus glorie celestis representet / quam alacritas de-
um laudantium eius iubilantium et exultantium
bilaritas. **B**ilaritatem intellige. non petulan-
tem. effrenam. dissolutam et nescio quo lenoci-
nio notularum. lasciuam et eiusdem repetitione
fastidiosam. quali prestrepunt magnatum tem-
pla domus siue conuiuia. **N**ec nempe bilaritas
in se plus libidinosae et vesane dissolu-

tionis quam spiritualis suauitatis quicquam
habet. **I**psa vero bilaritas deuotorum / so-
bria est. grauis. modesta. et miro ineffabili
que dulcore rapiens animus / dilatare et ab-
sorbens. ut se iam non capiat in se deficiat.
fiatque nescio quis spasmodus extasis vel ex-
cessus. ut alaudam et philomenam videre est
cadendo deficere. **U**el tunc exultat animus
id est extra se saltat per gestus corporis decoros ta-
men et iubilat inenarrabiliter. **N**unc vero
musicaliter succentum / non admittit nisi puritas
cordis. verumque illud. **L**aus iocunda de-
cora quoniaz voci concanora puritas est
cordium. **E**t his et alijs / que circa facultatem
artium aguntur per que quid agitur in celis
utrumque cognoscimus. **C**olligite per. d. et. f. quae
rationabiliter exhortat nos rector vniuersi-
tatis illius dicens **E**xultate etc. **S**ub
sequenter obijcit nostre considerationi fa-
cultas medicina cuius finis est sanitas. res
omnium que hic operantur desideratissima.
quamque innumerabiles sint morborum spe-
cies quibus mederi ars humana non sufficit.
Satisque ad hanc rem probationis affert
ipsum senium quod vlla nequit arte restau-
rari. **Q**uid autem in celis ubi nec languor
nec senium. non mors. non estus februm sed
perpetuo vigore iuuentutis quatuor do-
ctes corpus ipsum ornant. perficiunt conso-
lidant. ut sit persulgidum. agile. peruium. pulchrum
impassibile. **E**xultate ergo quibus cura est
sanitatis. quoniaz merces vestra copiosa
est in celis. **S**ed est forsasse quispiam cui
regnum et principatum placeret regimem
leges decretaque cognoscere. cognituras ad ci-
uium pacem et amorem dirigere. et per has
coercere flagitiosos et premijs iustos alli-
cere. conformiter egregij poete quod per sin-
gulari laude romanis attribuit pectere sub-
iectis et debellare superbos. eneid. vi. **S**ed
o quot anxietatibus et plerumque frustra in
his laboratur / quae sepe numero pro pace di-
scordia. pro vnitate lites atque dissidia. pro
reque demum inquietudo acerbissima sub-
oriuntur. vel ob onerosam multitudinem
legum et inuolutam canonum perplexi-
tatem. **A**ut quod subuertunt iudicium animos
spes metus meror gaudium. **A**ut maxime
quia pueri difficile corriguntur. et stultorum in-
finitus est numerus. **S**ic certe stultorum. ut
gloriantur cum malefecerint et exultent in rebus
peffimis. **Q**ualiter exultant si me interro-
gas / quia profecto extra naturam suam et

in beluina brutalitate sese deiciunt et omnis exultatio talis maligna est. **3** **S**o vere beata ciuitas illa/celestis vniuersitatis. vbi rex vnus/deus est. vnica lex caritas. et hec pace eterna colligat suos ciues et opulentissima pascit in requie. obediturque propheticæ monitioni. filie syon exultet in rege suo. **E**xultate et vos quoniam mer. vest. cop. etc. **A**d postremū/conuertam⁹ oculos mentis ad diuinā illam sacram⁹ theologie facultatem/per quā bonum herouicum et diuinum cōtemplando adipisci satagimus. et sane sic adipiscimur dum verborum doctrinam/operibus cōpleamus. **T**unc enī exultabimus id est extra nos in celum et deum saltabimus et leuabim⁹ nos supra nos ad instar solitarij. **E**t hic obsecro et obtestor vos per hodiernā que magna est celebritate/et per illum q̄ ait Beati qui aud. verbum dei. et cust. il. **E**t rursus. Qui ex deo est/verba dei audit/quatinus sustineatis me modicū adhuc in sermone meo. **N**unc enī ad altiora pfundioraq; hodierni euangeliū mysteria p̄gere disposui. et nisi me mea fallit estimatio libenter audietis. **S**ūmus itaq; theolog⁹ et doctor noster Iesus christus. i doctrina sua sublimissima/et a cōmuni hominū sapientia alienissima/in euangelio hodiernæ celebritatis/septē saltus edocuit/sub numero septem beatitudinū. per quos itur in celū et copiosa merces apprehendit. nūc in specie/et p̄gustatione quadam/spiritus. tandem i re et plena perfecta q; fruitione. **H**ec sunt testimonia domini de quibus p̄pheta. hereditate adquisiui testimonia etc. **H**ec est mystica iacob scala. vbi beatus ille vir cui⁹ est auxiliū abs te/nunc ascensiones in corde suo disposuit et vadit de virtute i virtutes/donec videat deus deorum in syon. **A**t q̄uis vnicus in genere sit saltus quez Aug. posuit amorem dei vsq; ad contemptum sui. sicut ecōtra amor sui vsq; ad cōtemptū dei mergit in infernū. nihilomin⁹ septuplex hic grad⁹ aut saltus in specie numerat. quib; exultant id est extra se saltant et salūt/sancti in gloriā celestis mercedis et per eos deducit dñs populū suū in exultatione. dñs ille qui ascendit iter pandens ante eos. qui exultauit vt gigas ad currentem viā a sum. ce. egres. ei⁹ etc. **P**rimus saltus est/a reb; istis sensibilib; et diuitijs mūdānis/abstractio. duz ipa ponit se ipas

super res istas tpales in aitoraq; surgit et fit celo p̄rimior. **H**oc faciūt paupes/diuitias p̄tēnentes et subiectas pedib; humilis affectionis cōculcantes. **E**t opposito viri diuitiaz/eis misero modo suppeditatur. et sicut onus graue p̄ cupiditatis molem grauant super eos. p̄pterea diuitie sūt eis quasi mola asinaria ad collum suspensa. qua/nitentes sursum saltare/retorquentur in pfundum. quē admodū de saxo sisyphi/poetica est fictio. **E**t aplica vox clamat. Qui volunt diuites fieri/incidūt in temptationē et in laqueū diaboli. **N**oli igitur et non sarcina diuitiarū et cupiditatis visco in celos saltare. tuti⁹ (mibi crede) cōsiliū est/vt paupertatem spūs arripias/leuem expeditā et liberam. qm̄ si **I**saie credis pauperes homines/in sancto israel exultabunt. **S**ecundū saltus operat scōa beatitudo mititatis seu māsuētudinīs. **E**t hic fit nō tm̄ modo sup res istas tempales quinetiā sup ipsos hoies/ qui nobis viciniores sunt. a quib; plerūq; grauat saltator celestis iniurijs. molestationib;. contumelijs probrijsq;. **S**ed in hoc saltu super homines et ipoz incōmoda/erigit homo per mansuetudinē. et sic erigit. vt in eo nihil turbationis inferre valeant. nihil lesionis. sed a talib; iniuriarū insultib; sursum magis impellit/et dei cooparatione attollit. **P**robat hoc/verbuz psalmiste. **E**xultauit mansuetos in salutem. **E**t iterū suscipiēs mansuetos dñs. suscipiens exponē sursum capiēns. humilians aut peccatores et subiiciens vsq; ad terras. **H**inc exclamatio illa ad dñz. **E**xultatio mea. i. saltatio mea. erue me a circūdantib; me. **I**n tertio gradu scale beatifice et mystice p̄stituitur saltator noster celestis/dum transilit. p̄riū corpus et exemplo Abrae egreditur de domo patris sui. qui in primo saltu reliquerat terram suā. et in scōo cognationē suā. p̄formiter ad verba scripture in **H**en. **E**gredere de terra ecce saltū super opes terrenas. **E**t de cognatione tua. ecce saltum sup hoies cognatos et affines. **E**t de domo patris tui. **E**cce saltum sup sensus p̄rios corpales. **Q**uid enim cōgruentius significat dom⁹ patris/q̄ contubernium p̄riū corporis? **Q**uisquis vero ad hūc gradū tertū molit ascendere/vt salubriter lugeat necesse est. **T**ur ita vt lugeat. **Q**uia certe nisi p̄ fletuz lacrimarum/exonereť sensualitas/malia

R

Sermo factus in die

cupiditatibus intro nascentibus/ ex putri fo-
minis corruptione. et nisi diluuium aquarum
taliū/ sumergant egyptiū vitiorū/ cōfestim
sensualis pharao cū equitibus suis animas
israeliticā sursus nitentē p̄prehēdit. p̄phē-
sam circūligat funibus peccatorū. et circūliga-
tam trahit et deturbat in dānatōis abyssus
Ueraciterq; tunc pōt exclamare miserabi-
lis homo talis. Quoniā iniquitates sup-
gresse sunt caput meū. et sicut onus graue
grauate sunt sup me. **E**t rursus. Intraue-
runt aque vsq; ad aiā meā. infixus sum
in limo pfundi rē. **S**ed tanto discrimini
quale p̄parabit remediū. **U**tiq; lucet et la-
chryme. **A**d quid ita. **U**t reductis aq̄s ma-
ris aq̄s. s. amare penitentiā sup egyptios
sensualitatis. ascendat aīa gratulabūda li-
berate p̄ desertū huius infelicitatis/ in terrā
celestis p̄missionis. **R**ecogitet uehemēter
p̄funde ac frequēter statū suū. conditionē
suā sine suū. **A**udiat q̄terribilis in p̄silijs
deus sup filios hoīm. **P**enset q̄ incerta su-
per ipam sunt diuine seueritatis seu mise-
ricordie iudicia. **C**lamat p̄inde cū **A**ncel-
mo. **D**eū vbi sum. et vbi nō sum. quoniam
vbi futura sum nescio. **P**onat assidue co-
rā oculis suis in lumie fidei/ quāta eā si re-
cte vixerit merces manet i cel. **S**in autē/ q̄
horredo addicienda est supplicio. **S**ic o-
dñe exultauerūt filie iude aīe videlicet cōfi-
tentes p̄pter iudicia tua. **S**ic post fletum
et lachrymas exultationē inducis **I**hob.
iij. **S**ic p̄inde qui semināt in lachrymis/ i
exultatione metēt. **H**ec est exultatio cū tre-
more p̄ quā anima deserit p̄p̄iam carnali-
tatis domū et ab omnibus voluptatū illece-
brariūq; tenacibus vinculis semet absoluit.
Et si quidē tres isti gradus scale n̄re euā-
gelice incipientes respiciūt. **S**ubsequēs
gradus p̄ficientes decet. quem p̄ quartam
beatitudinis saltū attingimus. **E**t hic est
esuries sitisq; iusticie. **D**ic anima seipam
exit et deserit. dum affectu p̄modi seposito
nō iam querit q̄ sua sunt. **S**ed affectione
iusti/ tota succendit et ipius esurie sitisq; tor-
quet dicens. **C**oncupiuit aīa mea deside-
rare iustificatōes tuas in omni rpe. cū illis
de quibus p̄pheticus sermo est ad dñm. in iusti-
cia tua exultabūt. sicut exhortat alibi. **E**x-
ultate iusti in dño. **I**ustos accipe qui esu-
riūt sitiūtq; iusticiā. **T**ūc hoc agit anima.
tūc exilit et exultat. dum eleuata triplici gra-
du p̄iori/ videt ad huc q̄longe sit ab illa

iusticia beatorū. q̄s impar existat tali tante/
q; retributioni gratiarū et laudū. qualem
et quantā apud se meref creator suus. repa-
rator suus/ p̄tector et saluator suus. et agno-
scens imp̄fectum suū. iam nō in se manet.
sed clamās exultat. **D**eficit caro mea et cor
meū. deus cordis mei et pars mea deus in-
eternū. **P**riusq; ad vltiora pergamus
attendere libeat sub palpabili manu duci-
one/ qualiter in meditatione nostra sic ex-
ardescit ignis dilectionis diuine. quem ad-
modum in ipsa lignorū exustione prospici-
cere est. de quibus in psalmo. **E**xultabūt om-
nia ligna siluarū a facie domini. qui ignis
consumens est s̄m alium prophetā. **P**ri-
mo omnium/ consumitur humiditas extrin-
seca/ aliunde concreta. conformiter ad ab-
iectionem diuitiarū. **D**ebinc cortex vicini-
orū suū humore resoluatur. habes scdm
gradum. **S**ubinde calor intimus agens
penetrat poros. eosq; ab humore natura-
li sensim euacuat. habes tertium. **D**ein-
ceps dominat ignis super lignus/ adeo q̄
propriā incipit deserere formā substantia-
lem. habes quartū. **R**elinquit tandem car-
bo viuus. vbi iam non est fumalis euapo-
ratio. non flāma sub obscurior/ quē ad mo-
dum in prima duplicitate. **N**ec est ibi vo-
lantis scintillarū crepitus. non rapax aut
sonorus vel stridulus ardor velut in tertio
gradu et quarto. **S**ed illic est igneitas que-
dam perlucida et queta. totū carbonē suc-
cendens illuminās et tranquille possidēs
in corporans et vniens. **U**bi tres inueni-
es reliquos gradus/ plus ratione q̄ tem-
pore distinguibiles. ardorem videlicet. ful-
gorem. et quietū viuificūq; calorem. **E**t
hic status/ respicit tres nouissimos gradus
scale euangelice. s̄m tres saltus beatitudi-
nis trine. qui gradus et saltus sunt p̄fecto-
rum. qui iam vltra semetipsos abeūtes/ cū
angelicis etiam spiritibus conuersant in ce-
lis et pedibus sincere contemplationis in
ipso deo gradiūt et exultant. **N**ec mi-
reris si extra se animā in deo saltare posue-
rim. cum dicat **B**regio. angelos in deo cur-
rere. et maria in cantico. **E**xultauit inquit
spiritus meus in deo salutari meo. qd esse
futurū/ vnus prophetarū **A**bacuc posue-
rat. **E**xultabo ait in deo **J**esu meo. et apo-
stolus. **S**ive inquit mente excedim⁹ deo
et c. **S**unt plane in ipsa etiam trinitate
(si dicere fas ē) s̄m tria appropriata/ tres

D

animarū salus siue exultationes / cōformi-
ter ad tres nouissimas beatitudines. Pri-
ma exultatio est misericordissimi amoris
in spiritu sancto. qualiter exultauit xps in
spiritu sancto. sicut habetur Luce. x. Pro-
pterea beati misericordes qz misericordiā
que spū sancto ppria est / consequētur. Se-
cundam exultationē intelligo purissime
et mundissime cognitionis. in filio. in quē
credentes (inquit petr⁹) exultabitis leticia
inenarrabili. Idcirco beati mundo corde
quonia ipsi deū videbunt. In tertia exul-
tatione est pacatissima et imperturbabilis
quies in ipso patris secretissimo altissimo
qz refugio. Nam beati pacifici quia filij dei
vocabunt. Si filij et heredes. heredes qui-
dem dei. coheredes autē xpi. Tunc in pa-
ce facte est locus anime. habitatio eius in
syon. Ibi filie syon filie pacis / exultant in
rege suo. Et quelibet secura dicit In pace
in id ipm dormiā et requiescā. Ad hanc in-
uitabat apostolus ad Colossensē scribens
Pax xpi exulter in cordib⁹ vestris. Hinc
Petrus dicit. bonū est nos hic eē. Et pau-
lus. Cupio dissolui et esse cum xpo. Hic re-
quiescit anima in monte sancto domini.
Hic rachaele mortua / amantissimus dñi
beniamin nascitur in mentis excessu. Hic
in celo mentis sereno / apparet signum ma-
gnū / mulier amicta sole. et luna totius mu-
tabilitatis / sub pedib⁹ ei⁹. Hic est pax que
exuperat omnes sensum. in qua pace si pfici-
atur / consistit felicitas et sanctorū merces.
fm deductionē Aug. Hic abraam ad hos-
tium tabernaculi in seruore diei deum su-
scipit in angelis. Hic Jacob / vitioꝝ sup-
plantator / in lucta fortis est erga deum. et
carnalitat⁹ neru⁹ in femore marcescit. Hic
moyses diuinā intrat caliginē. Hic aaron
ppiatoriū federis et sancta sanctorū intrat
Hic helyas ad hostium speluncē videt do-
minū in sibilo aure tenuis post vehemen-
tem spirituz. et. Idē postmodū in igneo
curru amoris in celuz subuehitur. Hic di-
cit dauid in mentis excessu. omnis hō mē-
dat. Hic sanctuariū dei intrans cōsiderat
nouissima peccatoꝝ. Hic salomon euect⁹
dum clamauit Vanitas vanitatum et oīa
vanitas. Hic anima osculatur deū osculo
oris sui. et in sui sponsi cubiculo cum am-
plexib⁹ conuiescit. Hic tandē Iohes est
in spiritu. et nouissima contemplant. Exul-
tate igit exultatōe septēplici / correspondēt

ad septē beatitudines i euāgelica scala nu-
meratas fm triplicē statū incipientiū qui
aialis est. pficientiū qui rōnalis. pfectoꝝ
qui spūalis iudicat fm Bern. ad fratres d
monte dei. Stat⁹ impfectoꝝ lāguet amo-
re casto et diuino. qz p ipm quodāmo inci-
pit decoqui et non absqz grauib⁹ molestijs
ab innatoꝝ vicioꝝ scoria et rubigine pmū-
dat. Sic erat q dicebat. Adiuro vos filie
hierusalē si inueneritis dilectū meū vt an-
nūcietis ei qz amore languet. Et rursum.
Fulcite me florib⁹ stipate me mal⁹ qz amo-
re lāguet. Porro aīa i statu pficientiū / amo-
re iam morit. dum talib⁹ caret molestijs. id
circo dicta ē fortis vt mors dilectio. Veni-
t⁹ in statu pfectoꝝ aīa post lāguorē et mor-
tem / viuūt amore quo viuēbat apls dicēs.
Viuo ego iam nō ego. viuūt in me christ⁹
Uide figurā in xpo. languit in passiōe.
mortu⁹ in tumulatōe. vixit in resurrectōe.
Sic semen humi iactū premis. alterat. des-
hinc morit. tandē in fructu viuificat. Sic
regina saba / dū videre vult regē solomonē
prius verat in itinere. post hoc morit stu-
pore. nō enī erat pre stupore vltra in ea spi-
ritus. iij. Reg. i. Demū viuūt leticia et exul-
tatione iubilās et exultās. Beati inqt viri-
tū et beati serui tui. ij. paral. ix. Supsūt
plurima que plicitatis odiū subtrahere cō-
pellit. sed fungam⁹ nūc. quipotius sanctos
sanctasqz oēs quoz merces copiosa est in
celis nos allocutione blanda et amicā tali-
ter exhortari. Exultate charissimi. exulta-
te. Et ad nrām beatā societate ppero saltu
virtutis occurrere. An assum⁹. An expecta-
mus. An pemptos cernitis. ferre petim⁹ au-
xilium. tum orationib⁹ nostris ad deū. tum p-
tectionib⁹ erga rugientē inimicū. Fuimus
qō estis. nemo desperet. nemo excusatōes
querat in peccatis. Erat par in carne fragi-
litas. Simile hostiū rabiē experti sumus
Quid aut. siquidem cor nrām et caro nrā ex-
ultauerūt in deū viuū et in ymbra alarum
suarū exultauim⁹. Adhesit anima post eū.
nos suscepit dextera eius et liberati sumus
Atqz eundē qui copiosa merces ē / in amī-
sibiliter attingim⁹. Idem vobis qui et no-
bis fuit auxiliator / est dominus. Idē triū-
phus reppromitti ē. similis merces si exultā-
tes in deo exultaueritis / referuat. Cleruz si
mercedis premiū placet. non terreat labor
certaminū. Unusquisqz enim ppriaz mer-
cedem accipiet fm laborem suum. Qd si

Sermo factus in solennitate

absq; vlla fictione nos amatis et amantes honozatis. nostrū diligite p̄fortiū. nostra vota cōplete et vehemēs qđ de vestra salute gaudium capim⁹ frustrare nolite. **P**igreat tamē aliquādo imoz pudeat tor dura aspera et horrida p̄ pituris quotidie p̄peti et p̄ infano amore mortaliū/ tam indigne cōtumelioseq; torqueri vt indigni⁹ percausis. ad n̄m vero tam iocundū tam amabile serenū et desiderabile p̄fortiū lentis aut languidis vel emortuis affectib; aspirare. **E**t nequaq; ardua infractaq; ceruice/ ad horā breuis eratis. **E**xultate vt in p̄petuū cōregnetis vbi tamen merces v̄sa copiosa est i celis. **S**i hec et h̄mōi insonaret mō nostris aurib; illa felix beatorū concio. illa supna sanctorū ecclesia (o doctissimi et sapientes viri) quid agerem⁹ quid cuperem⁹ quo pacto eituarem⁹. quis nostrū est qđ nō totus exultaret. Quis hoc audiēs/nō erubesceret putrescere iacēs i peccatis. Quis nō potius assurgeret saliens et exultans in dens; vitū qm̄ copiosa merces est in celis. **N**ihilomin⁹ si nō in infidelitate obsurdūcim⁹ sic dicūt sic vocāt. sic acclamātes alliciūt. **O**btemperem⁹ igit̄ vocantib; amicis. et talib; amicis. vt ad celestes nuptias inuitātes/ verecūda repulsa nequaq; p̄fundamus. nō reijciam⁹ oblatam vltro mercedem. dū licet et temp⁹ est. sed exultemus toto conatu mētis vbi nostra merces copiosa est in celis. quod ip̄e cōcedere dignetur rex regū et domin⁹ dominantū qui est sanctorū suozum copiosa merces Amen.

Sequitur alius sermo

fact⁹ i solennitate oim sanctorū. ab eodē

Videns ihs turbas. ascendit in montē **B**ath. v. c. Doctissimi ac sapiētes viri/ talis tāraq; est diei hui⁹ celebritas. vt in collaudatione hui⁹ abundantia magis laborem⁹ q̄ inopia. **E**t enī viarū simul occurrētū multiplicitas/ viatorē qñq; turbat amplius. q̄ pmoueat. verūq; fit illud decepti amantis apud **R**afones. **I**nopem me copia fecit. **S**i enī vn⁹ aut alter sanctorū famabiliūz/ omni laude humana superior esse ab eloquentissimis viris sepe cōfessus est. meus sermo qualis erit que p̄conia nō vnus aut paucoz sed omnium cōplectat. **A**dde qđ hic vberima et longe varia loquēdi materia suppetit. **T**ū

de ciuitate supna. de qua gloriosa dicta sūt **T**um de p̄mo beatorū. tam essentiali: q̄ substāiali in aīa. et substāiali in corpore et actuali in vtrisq;. **D**eniq; de virtutibus omnib;. de donis. de beatitudinib; alijsq; ornāmētis. quib; sancti tui in gloria nunc triūphantes/ et olim in vita agonisantes p̄diti sunt et fuerūt. **Q**đ si oīa nūc dicerem luero/ van⁹ erit et inexplēbilis conatus meus. incidāq; in illud. **O**īa qui dicūt. nihil dicūt. **P**ropterea vnū mōmodo. quod isto sermone dici. illud penitus in exemplū relinqui nūc aggrediar. illius auxiliū/ i quaz velut in montē **J**esus descendēdo p̄ mariam matrē ascendit. implorātes. p̄sentem⁹ illi aue angelicūz **A**ue rē. **V**idens ihs turbas rē. **O**bscero doctissimi et sapientes viri. **O**mittam⁹ interim corticē l̄falis materie et interiora mysteria penetrantes/ verba hec nō p̄posito coaprem⁹. vt in primis neminē cōturbet. qđ de ihu solo/ verba hec contexta sunt. qm̄ tanta est capitis mēbro rūq; cōnectio. vt qđ de capite xpo dicit̄ dicatur et de quolibet sanctorū. qđ vidēs turbas ascendit in montē. **S**ed quo ascensu. et ad quē montē. **A**scensus iste non pedib; corporis sed p̄ijs affectib; atq; virtutib; perficitur. **D**e quali ascensione loquit̄ ad deūz prop̄bera **B**eatus inquit homo cuius est auxiliū a te. ascēiones in corde suo disposuit in val. la. in lo. qu. pos. **P**orro mons iste ad quē ascendit/ mons syon est. mons coagulatus. mons pinguis. in quo benē placitū est deo habitare. iuxta illud qđ ibidem subinfert̄. **E**t enī benedictionē dabit legislator. ibunt de virtute in vir. vi. de. de. in syon. **E**terū a turbis secedere conuenit alia/ iuxta numerū septem beatitudinū in euangelio hodiernē celebritatis. enumeratarum. **P**ostq; veniat anima ad deū et ad montem sanctū eius. nunc in spe per speculum et enigma. tandem in re per nudam perspicuāq; visionem. **E**t in h̄mōi qualicunq; deductione. nunc ad nostrā exhortationem. nunc pro sanctorū collaudatione. versabit sermo noster. **E**t q̄uis vnicus in genere sit ascensus in deū. et in montem sanctū eius. quem ascensum **A**ug⁹. posuit amorem. vsq; ad contemptū sui/ sicut ecōz tra amor sui vsq; ad cōtemptū dei/ mergit in infernū. **N**ihilomin⁹ septuplex hic ascensus in specie numerat̄. quasi totidem gradus mystice **J**acob scale. vbi sunt angeli

Ascendentes et descendentes. et dñs innit⁹
scale **Beñ. xxviii.** **P**rim⁹ grad⁹ vel prim⁹
ascensus est a turba rerū istarū sensibiliū
et diuitiarum mundanarū. Quē facit pau
per spiritus. **Beati** inquit paupes spiri
tu quoniā ipsoꝝ est regnū celoꝝ. **Coꝛem**
nens itaq; anima deuota temples copias
aurum et argentum cum suis sequelis. eaf
dem/contempriu suo sibiq; subiecit. subie
ctaq; pedibus humilis affectionis calcet.
et clacatis dominatur. **S**iquidez ita figu
raliter promittit dominus per **Moysen**.
Omne locū quē calcavit pes vester. vester
erit. **P**edem intellige affectionū. **H**inc fit
vt anima in fursū altius erigitur/velut su
per aggerē grandez cōstituta et celestis mō
tis cacumen iam reddif proximior. **E**t ad
uerso viri diuitiarū eis misero modo sup
peditantiū qm turba hmōi rerū terrestriū
sicut onus graue p cupiditatis molē gra
uatur sup eis. **P**ropterea diuitie sunt tali
anime/tanq; mola asinaria ad collū suspē
sa q̄ montē ascēdere retorquet in pfundū.
quēadmodū de saxo siphis poetica est fi
ctio. **H**inc aplice vox clamat qui: volūt di
uites fieri. incidūt in laqueū diaboli/et ten
tationes. et desideria multa nociua et inuti
lia. que mergūt hominē in interitum. i. ad
Tim. vi. **H**ūc ergo in montē cōtemplatio
nis celestis scādere satage. tutius est crede
mibi. vt pauptrate spūs arripias. leuē expe
ditam et liberā. **P**er hanc enī ascēdit chri
stus in montē **et cōda** turba est homi
nū. qui pleriq; cōtumelijs. molestationi
bus. et iniurijs et alijs mille modis. impe
diunt ascēsum in montē. q̄ sobrem vt ani
ma sancta ipos transfiliat necesse est. **H**ūc
vero saltū et ascensum operat scōda beatitu
do micitatis seu māsuētudinis. **V**ititas
quippe erigit hoīes sup hoīes. vt nihil eis
turbationis inferre valeāt. nihil lesionis.
quin potius ab his cōpressionib; p iniuri
as. pbra. molestias. fursuz magis impellū
tur. et sicut arca noe. crescētib; vndis tribu
lationū. sublimius atcollit et tandē fortius
ascendit in montē. **T**ertia turba. est tur
ba passionū et originali fomite in hoc mo
ribūdo corpe scatentiū. quēadmodū spes
merus. meror. gaudiū et silia. **O** turba tur
bulentissimā. turbā nostra omnia/miserif
modis cōturbantē. turbā deuicq; cū omni
bus. tum p̄cipue adolefcentib; infestam et
reda eos colluione sordidantē. **H**ūc tur

bam egredi nō aliter facile est q̄ p tertiam
beatitudinē. qua dictū est **Beati** q̄ lugent
qm̄ ipi cōsolabunt. **T**ur ita lugere necesse
est: qz certe nisi p fletū exoneret. lauetur et
purget sensualitas a malis cupiditatib; in
tronascētib;. ex putrida coruptōe. nisi in
super diluuiō aquaz. raliū summergeat tur
ba egyptiaca vitioꝝ. cōfesti sensualis pha
rao cū currib; et equitib; suis. aiaz israeliti
cam fursuz nitentē/ cōprehēdit. cōprehēfaz
circūligat funib; peccatoꝝ. circūligatā qz
trahit. et cōturbat in dānationis abyssum.
Tūc veraciter exclamare pōt miserabilis
aia talis. **Q**uoniā iniquitates mee supgres
se sunt caput meū. **E**t rursus. **I**ntrauerūt
aque **et cōda** ergo discrimini. quale ppi
nabit remediū: vtiq; luct⁹ et lachryme. **A**d
quid ita: vt reductis aq; maris. aquis scz
amare penitentie sup egyptios sensualita
tis/ascēdat aia p desertū hui⁹ infelicitatis.
in terrā pmissionis et in montē dei **Jacob**
Sed aie tali/ vnde luct⁹ et lachryme: **U**n
diz et abūde. **R**ecogitet aia talis vebemē
ter pfunde atq; frequēter/statū suū. cōditio
nem suā. suūq; finē. **J**udicet q̄s terribilis
dens in cōsilijs sup filios hoīm. penset q̄s
incerta sint sup ipaz diuine seueritatis seu
miscōdie iudicia. **C**lamet. pinde cū **Ansel**
mo. **D**eu vbi suz et vbi nō suz que vbi futu
ra suz nescio. **P**onat assidue corā oculis i
lumine fidei quāta eā si recte vixerit mer
ces manet i celis. **S**inautē/ q̄s horrēdo ad
dicēda est supplicio. **T**ūc lugebit. et lugēs
ab oib; voluptatū illecebrāz/ turbis irri
dentib; semet absoluet. et ascēdet in montē
Et quidē triplices isti priores grad⁹ vl
ascēsus scale nre euāgelice q̄b; ascendit in
montē/ respiciūt incipiētes. et in ipō **A**bra
am figurati sunt de q̄ habet **Beñ. vii.** **E**gre
dere de terra tua. ecce ascēsus vel egressuz a
turba opū terrenaz. q̄ ad primā beatitudi
nē. **E**t de cognatōe tua. ecce ascēsus ex tur
ba hoīm. q̄ cognati sūt et affines. q̄ ad secū
dā beatitudinē. **E**t de domo p̄ris tui. ecce
ascēsus sup sensus p̄rios corpales et suarū
turbā passionū. **Q**uid enī cōgruēt⁹ signifi
cat h dom⁹ p̄ris/ q̄s cōtuberniū p̄riū corpis
Et h q̄ ad tertiā beatitudinē. **S**ubse
quēs grad⁹ et ille ē quart⁹. decet ipos p̄fici
tes. vbi aia seipaz quodā mō cōt. dū p̄rias
affectōes. cōmodi. tanq; turbas aliq; inti
mas deserit. h p̄ q̄rtā beatitudinē. q̄ ē efuri
es sitisq; iusticie. p̄ hāc autē affectu cōmodi
222

R

Sermo factus in solennitate

deposito. nō iam querit q̄ sua sunt sed affectione iusticie tota succēdit. et ipsius esurie sitisq̄ contrahit in sublimi^o montis. Duo pacto sic ipsa anima eleuata triplici gradu priori/superat turbas predictas. Sed ad huc q̄longe sit ab illa iusticia beatorū recogitat q̄s impar existit tali dignitate tāteq̄ retributionū gratiarū et laudū. qualē et q̄ntum meret apud se creator suus. reparator suus. p̄tor suus et saluator suus. Deniq̄ agnoscens imperfectū suū. iam nō in se manet sed deficit a se. et in salutare dei conscendit cum p̄pheta dicens. Deficit caro mea et cor meū. deus cordis mei et pars mea de^o eternū. Ita anima deficiendo a se et subleuata supra se. liberi^o in montem ascendit.

C Mirabilis fortassis aliquis. si iam ultra quippiā anima habet qd̄ deserat et ascendat sublimi^o in montē. Ecce transiliit turbam rex. materialū extra se p̄ primā beatitudinē. Exiit turbā hominū iuxta se per scōz. Abducit se a turba passionum infra corpus p̄riū. per tertiā. Deseruit tandē intra se innatarū affectionū. per quartā. Turbe aliē/uales relique sunt. ampli^o sunt nimirū turbe ciuū supnoz sub triplici hierarchia coordinatarū. turbe pulcerrime et a prioribz longe dissimiles trāscūde. Ipsi enī sunt custodes ciuitatis. quos aīa deuota querens sponsū/paululū cū p̄transisset inuenit quem diligebat. Itaq̄ nisi relicta hac triplici turba. nō puenit ad supremū cacumen montis nostri. in quo de^o est inmixtus scale mystice. que dicta est. et vbi aīa tute requiescit in monte sancto dñi. Hi triplices ascēsus sunt p̄fectoz atq̄ purgatissimoz. quales fuerūt sancti nri dñi uiuerent et multo felici^o tales nūc sunt in gloria vbi fm dictū Greg. ipsi in deū nō solū ascēdūt. sed in eo currūt.

Sunt plane in trinitate (quātuz dicere fas ē) tres p̄fectarū aīarū ascēsus. cōformiter ad tria appropriata p̄sonis iuxta tres nouissimas beatitudines quibz ascendit in montē supremū. Prim^o ascēsus est misericordissimū amoris i sp̄ritu sancto. qualiter exultauit id est extra se saltauit et ascēdit x̄ps in sp̄ritu sancto. **L**uce. x. p̄pterea beati misericordes qz misericordiā que sp̄ritu sancto p̄ria est conferuntur. Et hic p̄transit turba seraphin.

Scōm ascēsum intelligo. purissime et mūdistimis cognitionis in filio. in quē credētes (inquit petrus) exultabitis leticia in enar

rabili **I**dcirco beati mūdo corde. qm̄ ipsi deū videbūt. et hic p̄transit turba cherubin.

In tertio ascēsu est pacatissima et impietabilis quies in ip̄o patris secretissimo altissimoq̄ refugio. **N**ā beati pacifici. qm̄ filij dei vocabunt. **S**i autē filij et beredes. heredes quidē dei. et in eius adiutorio habitantes. p̄pter qd̄ in pace sit loc^o eoz. et exclamat aīa quelibet talis cum p̄pheta. in pace in id ip̄m dormiā et requiescā. et hic ascēdit supra tertiā turbā que est thronoz.

Sic igit declaratū est. et sup̄ficiali quodā transcurso deductū est (doctissimi et sapiētes viri) quibz gradibz. quo ve ascēsu iuxta seprēplicē beatitudinē/quelibet sanctorū exemplō x̄pi. vidēs turbas/ascēdit in montem qd̄ fuit thema.

Sup̄sunt plurima q̄ enī am ip̄e dictauerā. p̄sertim de ascēsu in montem p̄emplatōis. sed breuitatis amor me retrahit. cogitēz vt p̄suasione oratoria. et exhortatoria/ad ascēsum sup̄ne felicitatis finiat qd̄ ceptū est.

Oro. **V**enite obsecro sapiētes et doctissimi viri. venite iuuenes et puuli. senes cū iunioribz. venite exultemus dño. venite ascēdam^o in montē. vt exemplo loth. saluos nos ibidē faciamus. fugiam^o citius a loco horrozis et vaste solitudinis ad locū vberimū. a carcere fetulēto ad regnū splēdidissimū. ab exilio durissimo et luctu osissimo. ad p̄riaz suauissimā a p̄celloso mari ad portū tranquillū. Ab oibz deniq̄ miseriāz et rnarūq̄ circūstrepentibz turbis/ad beatitudinis mōrē. vbi stat^o est/oim bonoz aggregatōe p̄fectoz. p̄cesserūt sancti p̄cessit et x̄ps. q̄ nos subsecuturos p̄stolat.

Tollam^o quicqd̄ ascēsus/obstat. recedam^o p̄cipue a circūstis terrenarū curaz et anxietatū turbis. Ille nos p̄remūt et p̄slos atterūt. p̄slosq̄ et attritos funditus via p̄sternūt.

Si sp̄didissimas opes si voluptates iocūdissimas si gliosos bonoz titulos. si p̄clarā deniq̄ sapiam/felicitatem stabiliterq̄ adipisci satagim^o. ascēdendū est i montē. **F**allit^o p̄ certo desipit et insanit/q̄sq̄ inter infirmas rerū caducarū turbas/ista se habiturū sperauit. vbi q̄cqd̄ ē/egenū ē. anxiū ē. mobile. fluidū. et nulla stabilitate subnixū.

An p̄ q̄t q̄ridiana. tot exp̄mēta sic se h̄re iudicat. ita vt iudicatis nō dubito.

Qual^o ergo miseria q̄rudā mihi similiū. q̄nta infelicitas et q̄nta dementia/alioz suz sciēter agi. et i egestate diuitias/in mesticia voluptates/ in dedecore gloriā/i

stulticia sapientiā/in fluxibilitate deuam sperare stabilitatē. **U**t quid fabricam⁹ nobis montes nescio q̄s ymbratiles atq; fantasticos vicioꝝ. nūc in elatione. nūc in crudelitate. nūc in enormi fluxu voluptatē q; et similib; . Nōne mōtes h̄mōi. sūt mōtes gelboe maledicti supra quos neq; ros diuine gr̄e. neq; pluuia virtuosē cōsolationis descendit. **A**ut si verius loquimur. hi mōtes nō mōtes sunt. sed valles teterrime precipites et lubricę. quib; innitētes dilabūtur in abyssus. absorbēturq; et erget super eos puteos os suū. **E**xurgam⁹ tandē libertate tota spūs. ascēdamus in montē societatis beatorū. disponam⁹ ascēsiōnes in corde nostro p̄ gradus beatitudinū p̄missarum. de paup̄tate spūs in mititatē. d̄ hac in luctū. de luctu in esuriē sitimq; iusticie. de hac in misericordiā. de ipsa in mundiciā cordis. et tandē intrem⁹ pacē que recuperat omnē sensus. et in qua si p̄pleamur. cōsistit humana felicitas s̄m deductionē. **A**ug. nō d̄ ci. dei. **Q**uere felices sancti. sancte q; omnes. quoz̄ celebritas agit. felices inquam qui securi iam et vndiq; pacifici habitant in tabernaculo dñi. et requiescūt in monte sancto eius. nō iam formidāt laq̄of temptatiōnū vbilibet exp̄sōs. nō seuas iruentiū hostium insidias. nullis mordentē p̄scientiaz aculeis. nulla v̄runt infamia. nō tristes metuūt senectutē. omnia deniq; in̄ter eos serena pacataq; p̄sistunt. **A**t o tandē qui tales estis eterna pace fruētes nos pijs nūc oculis miseris quesim⁹ cernite terras. **E**t si nihil parimini/cōpati tū fas est. **C**ōparimini nobis erulib; gementibus et flentibus in hac lacrimarum valle. **C**ōprimūt ecce nos vndiq; hostiles malignantiū turbe. cōculcāt. lacerāt. obruunt et in carcerē detrudunt. Jam omne caput languidū. et omne cor merens. a planta pedis vsq; ad verticē capitis. nō est in ecclia hac sanitas. **I**n illa heu dixerim ecclia cuius fundamēta sunt in vobis montib; sanctis. qm̄ vestro sanguīe. vestraq; morte cōsecratis. dilatastis. roborastis. eam quam nunc heu immunitā cernitis misericordia et merito qm̄ sede laceratā crudeliter decisam similiter cōculcatā aspiciatis. vt humani spes auxiliū iam nulla sit. p̄pterea leuamus oculos n̄os in vos montes vnde veniat auxiliū nobis. **N**am cū ignoram⁹ qd̄ agere debeam⁹ hoc solū habem⁹ residui vt

oculos n̄os ad deū dirigamus. potuistis olim moribūdo corpe circūdari/mirabilia mirabiliter opari. tanq; habētes imperiū vite et mortis. tanq; insup potētes in eo. q̄ vos cōfortabat x̄ps. nunq̄ abbreviata est potestas v̄sa nunq̄ charitas tepēfacta. **A**bsit h̄. — — — poti⁹. **S**uccurrite q̄ miseremī. ferte subsidū. **S**uscipite vos montes pacē populo. qz̄ aliū qui suscipiāt et eam p̄beant/nō sunt. **A**t tu dñs rex celoꝝ corona sanctorū omniū. emitte lucē tuam et veritatē tuā. vt nos deducāt et adducant in montē sanctū tuū. et in tabernaculo tua. in p̄senti p̄ fidem spem et gratiā. et in futuro per gloriā. Amen.

Sequitur sermo factus in die natiuitatis domini p̄ eūdem.

Verbū caro factū est et habitauit in nobis Joh. i. **P**ostulem⁹ fratres in x̄po. vt verbuz̄ qd̄ hodie caro factū est/illud in me p̄p̄eticum adimpleat. dñs dabit verbū euāgelisantiū vt te multa. qm̄ insipidū inane et inualidum erit verbū mei oris. si nō accipiat virtutes multam a verbo dei patris. **P**oterit aures carnis/strepit⁹ n̄ri s̄monis p̄cutere. sed in aurib; mētis nec fortiter sonabit. nec i eas alte fixeq; descēdet. si nō a verbo hoc/ suaz sonoritatē assumat et virtutē. **E**t hoc ipsuz̄ vt impetrem⁹/te nescio an glorificādā magis aut stupēdā verbi hui⁹ matrē inuocabim⁹. saluantes et verbis angelicis saluabim⁹ inuocātes et dicentes **A**ue maria zc.

Verbū zc. **Q**m̄ triplicē verbi dñi natiuitatē euāgelica hec cōtinet p̄tula/ad sui p̄memorationē meū inflexit animū. q̄tin⁹ verbū creatū sententiōsuz̄ assumerē/q̄ de verbo increato qd̄ sententiōsissimū est/fueram locutus. **C**uides itaq; in p̄assumpto verbo q̄ nascit̄ dei fili⁹ ex paterno intellectu et naturaliter ideo verbū appellat̄. **A**spicis q̄ ab vtero materno nascit̄ sp̄aliter. p̄pterea dicit̄ caro factū est. **I**ntueris postremo q̄ in corde humano nascit̄ sp̄ualit̄. q̄ obz̄cē subiūgitur. et habitauit in nobis. **V**erbū. qd̄ altius/qd̄ immēsius/qd̄ diuini⁹. **N**az̄ de⁹ erat verbū Joh. i. **C**aro factū est. qd̄ humilius qd̄ impotētī. qd̄ fragilit̄. qz̄ ois caro fenū **A**cci. xiiij. **H**abitauit in nobis. qd̄ amabilius qd̄ iocūdi⁹ qd̄ apperētī. neq; enī ē nec fuit alia natio tā gr̄adis. que habeat deos appropiquātes sibi sicut adest nobis de⁹ noster **D**eut. iij. **V**erbū inq̄t caro factum

Sermo factus in solennitate

